in medio capitis: iurta nazarenorum morem: frontem planam et serenissimam: cuz facie sine ruga et macula aliqua: quam rubor moderatus venustat. Nasi eius et oris nulla prorsus est reprehensio: barbam habens copiosam et puberez capillis concoloratam: non longam: sed in medio bifurcatam: aspectum habens simplicem et maturum: oculis glaucis: variis: et claris. In increpationibus terribilis: in admonitione placidus et amabilis et hylaris: seruata grauitate. Qui nunquam visus est ridere: flere autem sic. In statura corporis propagatus: rectus manus et pedes et brachia visu dilectabilia. In colloquio grauis: rarus: et modestus speciosus inter filios hominum. Hec Lentulus vbi supra. ¶ Ex quibus patet quod corpus christi in omnibus est bene proportionatum: et pre aliis bene dispositum: ita quod est speciosus forma pre filiis hominum vt dicitur ps. 44. Nec dictus color gratissimus: claritate lucis occultabitur: sed associatur et illustratur per eam. Ratione cuius claritatis: christi corpus non solum est super omnia corpora humana obiectum magis gratum ad videndum: sed etiam inter omnia visibilia totius vniuersi: est magis gratum visibile. sanctus Thomas super ps. 44. ibi speciosus forma pre filiis hominum. Nota in christo quadruplicem pulchritudinem. Unum secundum formam diuinaz phy. 2. Qui cum in forma dei esset. Et secundum hanc fuit speciosus forma pre filiis hominum. Naz omnes alii tantum habent eam secundum redundantiam et participationem: sed ista per se et plenarie. Col. i. In eo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Heb. i. Cum sit splendor glorie et figura substantie eius. Sap. 7. Candor est lucis eterne: et speculum sine macula maiestatis dei. Alia est pulchritudo iusticie et veritatis. Ps. 31. Benedicat tibi dominus pulchritudo iustitie. Jo. i. plenum gratie et veritatis. Alia est pulchritudo conuersationis honeste. Et de hac dicitur. i. pe. vlt. Forma facti gregis. Et hac forma fuit speciosus pre filiis hominum: quia conuersatio sua fuit magis honesta et virtuosa: quam alicuius alterius. i. pe. 2. Qui peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius: Augu. in originali. Nobis cernentibus: vbique speciosus. pulcer in manibus parentum. pulcer in miraculis. pulcer in flagellis: pulcer deponens animam. pulcer in patibulo. pulcer in ligno. pulcer in celo. 4.a est pulchritudo corporis. Et hec etiam in christo fuit Can. i. Ecce tu pulcer es dilecte mi. Sed nunquid secundum hanc pulchritudinem fuit speciosus pre filiis hominum. Uidetur quod non Nam Ysa. 53. Uidimus eum: et non erat in eo species neque decor. Itez per rationem probatur. Nam christus voluit paupertatem habere:

⁊ non vel dulcitijs: vt doceret eas contemnendas. sed sicut iste sunt contemnende. ita ⁊ pulchritudo corporalis. Prouer. vlti. Fallax gratia: ⁊ vana est pulchritudo. Et dicendū ꝙ pulchritudo. sanitas ⁊ huiusmodi dicunt quodammodo per respectum ad aliquid. Nā aliqua contemperantia humorū facit sanitatem in puero: que non facit sanitatem in sene. Aliqua est etiam sanitas leoni: que est mors homini. Unde sanitas est proportio humorum in comparatiōe ad talem vel talem naturam. Et similiter pulchritudo consistit in ꝓportionem membroꝝ ⁊ colorum Et ideo alia est pulchritudo vni⁹: alia alterius. Et sic habuit pulchritudinem christus secundum competebat ad statum ⁊ reuerentiam sue conditionis. Non est ergo intelligendum ꝙ christus habuit capillos flauos vel fuerit rubeus, q̄ꝛ hoc non decuisset eum. sed illam pulchritudinem habuit sūmeqꝫ ptiebat ad statū suū ⁊ reuerētiā. Et gratiositatē habuit in aspectu: ita ꝙ quoddam diuinū radiabat in vultu eius: ꝙ omnes eum reuerebantur: vt Aug. dicit ¶ Et quidem ꝙ pulchritudo humani corporis requirat illa duo patet per Augu. 22. de ci. dei. vbi dicitur ꝙ corporis pulchritudo: est conuenientia partium cū quadam venustate coloris. ¶ Quod vero lux faciat ad omnium corporum generaliter pulchritudinē patet per illud Eccl. 43. Species celi in visione glorie. Cum igitur in hijs tribus christ⁹ omnia alia superet: patet propositum. ¶ Sꝫ hic dubitatur. q̄ꝛ christus non habet meliorem nec pulchriorē animam nunc: q̄ꝫ habebat in via. q̄ꝛ omnes theologi asserunt eum ab initio fuisse beatum: ⁊ nullū augmentum scientie vel virtutis post resurrectionē habere. Ergo nec corpus eius est magis nunc obiectum pulchrum ad videndū. q̄ꝫ erat in via. Sed in via corpus ei⁹ non beatificabat visiuam potentiam aspicientium in eū. ergo nec in patria. ¶ Ad hoc dicitur: quod christus existens viator: habuit sūmam pulchritudinem status presentis: quando anima retrahebat suam influentiam in corpus: ⁊ nō redundabat in illud gloriam suā dispensatiue: vt. s. posset pati: adeo ꝙ dixit propheta Ysa. 53. Reputauimus eū quasi leprosū ⁊ percussum a deo ⁊ humiliatū. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra ⁊c. Aliquando tamen dispensatiue eam redundabat. Unde sanctus Beda ait. Igneum enim quiddam atqꝫ sidereū radiabat ex oculis eius. ⁊ diuinitatis maiestas lucebat in facie. Et hoc. s. quando vendentes eiecit d̄ templo. Jo. 2. Et Cyrillus super illud Luce. 10. Multi reges ⁊ prophete: voluerunt videre ⁊c. sic ait. Uiderunt eum: sed non iam ita

incarnatum: nec sic cum homini bus conuersantem: nec cum tanta maiestate eis loquentem. Et sanctus Thomas in tertia parte q.44.ar.3.ad.1m.dicit: quod facies christi emittebat radios. Sed nihil prohibet quin nunc habeat pulchritudinem multo maiorem quam habebat in via. Igitur etc.
¶ Et cum dicitur: quod anima christi non est beatior nunc vel gloriosior etc. dicitur quod intensiue verum est: quo ad superiorem partem: sed extensiue non est verum: quia magno desiderio desiderabat corporis gloriam: vt patet Jo.17. Pater clarifica filium tuum. Unde tum nunc potiatur desiderio suo: cui dubium quod refundit in corpus longe iocundiorem aspectum: quam prius habebat in via. Lucem enim non habebat in via: que magnam facit pulchritudinem vt dictum est. Et quando transfiguratus est in monte thabor: scintilla fuit lux illa: in comparatione ad splendorem: quem post resurrectionem acquisiuit. Undique igitur pulchrum est christi corpus ad videndum: corporalibus oculis beatorum: et est gratissimum visibile ratione sue claritatis per se: vt conclusio dicit ¶ Pro exemplo autem habemus solem. qui per se loquendo vt dicitur Eccl.xi. delectabilis est oculis: licet per accidens oculis egris odiosa sit lux: que puris est amabilis. Unde et in hoc aquila hominem superat: que potest figere in sole intuitum. Nos vero minime. Sed corpus christi excedit claritatem omnium corporum totius vniuersi: secundum Augustinum: quia omnia corpora humana gloriosa clariora erunt sole: et multo magis corpus christi erit clarissimum. Et tunc oculi corporales beatorum non erunt corruptibiles et passibiles sicut nunc. Unde accidet beatis: sicut accidit apostolis. Mat.17. in transfiguratione christi: in monte: cadentibus in facies suas et dicentibus. Domine bonum est nos hic esse: propter scintillam illius splendoris. Et sic corpus christi erit obiectum gratissimum ad videndum. ¶ Si autem vis secundum quandam grossam extimationem coniecturare claritatem corporis christi: cogita illud. Ysa.14: Et erit in die cum requiem dederit tibi dominus a labore tuo: et a concussione tua et seruitute dura qua etc. Et Mat.13. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Clarum est enim quod minimus inter sanctos ad minus lucebit septies tantum: quantum nunc lucet sol. Nec hoc est contra euangelium: quia quilibet sanctus erit ita clarus sicut tunc erit sol: qui erit septies lucidior quam sit nunc. Et sanctus qui erit in duplo beatior quam alius: erit quaterdecies lucidior. Et qui erit in septuplo beatior erit.49.vicibus

lucidior plus quam nunc luceat sol. Et sic de aliis. Cum autem christus incomparabiliter secundum proportionem excedere debeat omnes sanctos: tum ratione glorie anime sue: tum quia corpus eius plus laborauit in penis tum ratione dignitatis maxime quia diuinitati coniungitur: quãtam extimare possumus esse sui corporis claritatem: et per consequens quantum et quam incomparabiliter pre omnibus delectabile erit ad videndum. ¶ Quod corpus christi erit obiectum sensibile etiam suis propriis oculis.

quarta conclusio sit ista. Corpus christi: nõ solum alienis: sed etiam oculis propriis erit obiectum sensibile summe delectationis et beatitudinis. ¶ Probatur auctoritate Jo. 17. et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum: claritate quam habui prius quam mundus fieret apud te. Certum est enim quod non petit quod habebat. Habebat autem claritatem diuinitatis prius quam mundus fieret: que non sibi erat occulta: quo ad oculos diuini intellectus sed quo ad oculos corporales. Et de hiis que talibus videri possunt: nihil est occultum deo simpliciter: nec anime de hiis que intellectualiter videri possunt. Et per consequens petit vt possit etiam se ipsum perfecte corporaliter videre: et non solum ab aliis perfecte videri. Porro iam dictum est: quod nulla differentia situs impedit sanctos: quin videant totum corpus christi secundum quancunque partem velint non obstante distantia vel situ: vel interstitidio. Esset enim nimis inconueniens: dicere quod alii beatificarentur sensibiliter in christo: et christus hac beatitudine careret. Dicimus igitur: quod christus corporalibus oculis: videt totum corpus suum: intus et extra: subtus et supra. dextrorsum et sinistrorsum. ac omnes sui corporis partes. ac si directe suis oculis obiiceretur. ¶ Ratio autem sumitur ex conclusione hesterna in qua fuit declaratum. quod christus est gratissimum visibile. Si autem non videret ipse faciem suam in quam desidrant angeli prospicere. idest viri angelici et beati. vt dicitur. i. Pe. i. que pars inter omnes debet eis esse gratissima ad videndum. vt dicitur Can. 2. Ostende mihi faciem tuam sonet vox tua in auribus meis: De voce dicetur in loco suo infra Nunc autem dicemus de facie: de qua clarum est quod est gratissima ad videndum: si inquam christus eam non videret: sequeretur de duobus alterum inconueniens magnum. scilicet vel quod alii sancti essent beatiores christo quo ad visum. quia scilicet viderent visibile gratissimũ ad vidẽdũ: quod excedit omne gratũ visibile. quod dicere vel imaginari possumus et christus nõ. quod est pro

certo abſurdum. Uel opoꝛtet di
cere: ꝙ non eſt vera heſterna con
cluſio. ꝙ. ſ. xp̄s eſt gratiſſimuꝫ viſ
ſibile: quod eſt ſl'm. ¶ Si ãt dicat
ꝙ xp̄s bene videt faciem ſuam. ſꝫ
ſicut in ſpeculo. ſ. in coꝛpoꝛibꝰ ali
oꝛum ſanctoꝛum: intelligamus
q̄uo pꝛimo hoc poſſit eē. Deinde
an hoc ſufficiat ad beatitudinem
ſenſibilem chꝛiſti. ¶ Quo ad pꝛi-
mū ita tenendum eſt. ꝙ coꝛpora
omnium ſanctoꝛuꝫ glorioſa in q
bus nulla pꝛoꝛſus eſt aſperitas:
ſpecula ſunt: vt pote terſa ⁊ polli
ta: ⁊ ſplendidiſſima: ⁊ nobiliſſima
melius ēt incoꝛpoꝛabiliter repre
ſentantia: q̄ꝫ ſpecula vitrea vel au
rea vel argentea. Et lꝫ ſint pſpi-
cua ſꝫ Gre. ſuper illud Job. 28.
Nō adequabitur ei aurum aut vi
trum. ita ꝙ interioꝛ armonia coꝛ
poꝛis videri poſſit. tñ quia clari-
tas eſt in poteſtate coꝛpoꝛis glori
ficati: vt poſt reſurrectionē in xp̄o
patuit: ſequitur ꝙ ēt perſpicuitas
erit in ptāte eius: ita ꝙ diuina
virtute coagente, vel etiam impe-
diente ad nutum. per ſuam aſſiſtē
tiam ad implendam volūtatē btō
rū: pt reflecti ſpēs faciei xp̄i a coꝛ
poꝛe cuiuſcūqꝫ bti ac ſi haberet ſu
um pꝛopꝛium coꝛpus oppacum
oppoſitum. Et ſic patet chꝛiſtus
quando vult: reſpiciens in facieꝫ
ſue dulciſſime matris: vel cuiuſ-
cunqꝫ alteriꝰ ſancti glorioſuꝫ coꝛ
pus habentis: faciem ſuam vide-
re. tanquaꝫ in ſpeculo relucente.
⁊ reſultante. ¶ Quo a 2m. atten-

dendum eſt: qꝺ dicitur: benedcm
eſt ⁊ verū attamen nō eſt ſufficiēs
Sicut. n. nūc intellectualiter vi-
dentes deum per ſpēm ⁊ in enig-
mate: non ſumus contenti niſi fa
cie ad faciem videamus deuꝫ: vt
ſcribitur. 1. Coꝛ. 15. ita ⁊ viſio coꝛ-
poralis que eſt in ſpeculis non ge
tat appetitū: niſi videamus dire-
cte abſqꝫ ſpeculo quod optamus
Interrogo. n. quālibet de hijs do
minabus que hic ſunt: an magis
eſſent contēte. ſi poſſent facies ſu
as videre abſqꝫ ſpeculo ita clare:
ſicut videt vna faciem alterius q̄ꝫ
ſuam ꝑpꝛiam faciem tñ videre ī
ſpeculo: ⁊ alienam faciē videre li-
bere. Certe rñdent mihi oēs: qꝺ
ſi hoc poſſent: nūq̄ꝫ vterentur ſpe
culis. Cauſa ãt quare non poteſt
hoc fieri: eſt tranſpoſitio ſitus. Il
lud. n. quod videri debet oculo
coꝛpoꝛali: oꝫ qꝺ abijciatur dire-
cte oculo. Facies ãt hoīs: oculo
ſuo obijci non poteſt vt pꝫ niſi vno
iſtoꝝ duoꝝ modoꝛum. ſ. vel deo
coagente obiecto viſibili: qui pōt
ſupplere vices ſecundarum cauſa
rum ⁊ maxime earum, ſine qui-
bus non: ita qꝺ ſpecies ab obie-
cto referantur ad aliam differen-
tiam ſitus q̄ꝫ naturaliter fieri poſ
ſit. Uel per ſpecies influras. Et
ab vno iſtoꝛum modoꝛum vel eti
am vtroqꝫ dicimus chꝛiſtum vi-
dere pꝛopꝛiam faciem: ne contin-
gat beatioꝛes eſſe factos in hoc:
q̄ꝫ ipſe ſit. Et niſi hiis duobꝰ mo
dis dicimus quemlibet beatū in

patria seipsum corporaliter visu-
rum ⁊ etiam xp̄m: eodem modo
ƀm omnes differentias positiōis
quia cum apparuerit: similes ei
erim⁹.1.Jo.3. ¶ Occurrit autē
ad hoc tale exemplum satis bonū
Cañ.4. Egredimini filie syon.i.
anime beate egredimini ƀm exte-
riorem hominem: vt dictum ē su
pra: ⁊ videte regem Salomonē
in diademate quo coronauit eum
mater sua.s.synagoga: que siqui
dem ƀm carnem nouercā se exhi
buit: ⁊ affectu cordis ⁊ effectu ꝓ
curationis: videte regem Salo-
monem.s.xp̄m.qꝛ plus q̄ Salo-
mon hic.Math.12.in diadema-
te.i.in corona spinea .quia spinis
coronauit eum mater sua .Et cla
rum est qđ caput eius vulneraue
rat in modum corone: qui circu-
lus vulnerum: seu cicatricum ibi
remanentium: est incomparabili
ter pulchrior rōne specialis clari-
tatis: omni corona quam qs ima
ginari possit compositam ex au-
ro ⁊ preciosissimis gēmis. Chri-
stus enim resurrexit cum cicatri
cibus que semper erunt in corpo
re eius fulgētes: vt ꝓbat sanctus
Tho.in.3.par.q.54.ar.4.c. Et
in.3.sniaꝝ.di.21.q.2.ar.4.q.3.c.
Nunc ergo dico sic. Si inuitan-
tur electi dei in patria ad videndū
regem Salomonē.i.xp̄m ex hoc
dyademate prepollentē: ⁊ ex hoc
quasi magna eis letitia promittit
vnde non erit ibi sicut hic vbi om
nes vidēt ornamenta capitis du-
cis vestri: ⁊ ipse ea non videt: cer-
te credendum est qđ dominus ie
sus videt suam coronam: tā glo-
riose in suo capite resulgentē. Ali
as quo ad hoc vana seu imperfe-
cta esset gloria eius: sicut in mu-
lieribus vanis que pascunt alie-
nos oculos ex aspectu i eas: ⁊ ad
ornamenta capitis eaꝝ: suis ocu
lis quo ad hoc ieiunis remanenti
bus. Unde ad hanc visionem xp̄i
iuitat Alcuin⁹ vel magr Albin⁹ ƀz
quosdam. vel Augustinus in li-
bro de contemplatione iesu chri-
sti.di. O anima mea. Si quotti-
die oporteret nos tormenta perfer
re: si ipsam gehennā longo tem
pore tollerare: vt xp̄m in gloria ve
nientē videre possemus: ⁊ sctōꝝ
ei⁹ numero sociari. nō ne dignū
erat pati omne quod triste est: vt
tanti boni. tanteq̄ glorie partici-
pes haberemur. Insidientur igi
tur demōes: parent suas tempta
tiones. Frangant corpus ieiunia
Premant vestimenta. Labores
grauent. vigilie extitent. Clamet
me iste. Inquietet ille. Frigus
incuruet. Conscientia murmuret
Calor vrat. Caput doleat. Pect⁹
ardeat. Inflетur stomacus. pale-
at vultus. Infirmer totus. Defi
ciat i dolore vita mea: ⁊ anni mei
in gemitibus. Ingrediatur pu-
tredo in ossib⁹ meis: ⁊ subter me
scatheat vt req.i. die tib. vt asc. ad
.p.ac. nostrum. Sicut patet de
sponsa que licet doleat de recessu
a patre ⁊ matre carnali: tamē pp

amorem sponsi libenter recedit. Unde Apostolus Philipp⁹ primo. Cupio dissolui ꝛ esse cum Christo.

¶ De visu corporali ꝛ magnitudine delectationis.

Hodie aperiem⁹ vnam capsulam celestium thesaurorum in qua sunt quedā iocalia preciosissima: magnam delectationem conferentia visui beatorum secundum corporales oculos. Sunt autem summarie quattuor.

¶ Primum erit visibilium melioratio.

¶ Secundum: erit oculorum acumen.

¶ Tertium erit: obiectorum varietas.

¶ Quartū erit: ipsius dei p̄sentia

De primo ponitur prima cōclusio talis. Ad magnitudinē beatitudinis que erit ſm corporales oculos beatorum: multū confert visibiliū melioratio. Unde ysa. 65. Obliuioni tradite sunt angustie priores: q꞉ abscōdite sunt ab oculis nostris. Ecce enī ego creo celos nouos ꝛ terram nouam: ꝛ nō erunt in memoria priora: ꝛ non ascendent super cor: sed gaudebitis ꝛ exultabitis vsq꞉ in sempiternum in hijs que ego creo. Quia ecce ego creo yerusalem exultationem ꝛ populum eius gaudium Et exultabo in yerusalem: ꝛ gaudebo in populo meo. Et non audietur in ea vox fletus vltra: ꝛ vox clamoris. Et non erit ibi amplius infans dierum: ꝛ senex qui nō impleat dies suos. ¶ Ista conclusio est partis naturalis: ꝛ partim theologica. Quo enim ad istud q᷑ melioratio visibilis etiam faciet ad magnitudinem delectationis secundum visum: pertinet ad naturalem. Et de hoc in. 7. ethy. dicitur: quod p̄fectissima ac per hoc delectabilissima visio: est visus optime dispositus ad pulcherrimum sub visu cadentium. Ex quo habemus q᷑ melioratio visus ꝛ melioratio visibiliū confert ad delectationem maiorem. Sed de visu dicemus postea. Nunc autem visibilibus erit sermo. Que quidem: quod de facto meliorabuntur post resurrectionem: solum ad theologum pertinet declarare.

¶ Consistet aut ista melioratio in duobus.

¶ Primo in restitutione commodi.

¶ Secundo consistet in additione boni.

¶ De quorum vtroque nos videamus.

¶ De primo debet beatus Tho. in. 4. di. 48. q. 2. de innouatione mundi ar. 3. 3ᵐ. sup illud Ysa. 30 Erit lux lune: sicut lux solis ꝛ lux solis septempliciter ꝛc. dicit glo.

Omnia propter hominem facta eius lapsu peiorata sunt: et sol et luna suo lumine minorata. Que quidem minoratio a quibusdam intelligitur quo ad veram luminis defectionem virtute diuina factam in penam hominis. Alij autem intelligunt quo ad hominis visum: qui scilicet non tantum commodum et beneficium ex lumine celestium corporum habuit post peccatum: quantum habuit ante peccatum: prout etiam dicitur Gen. 3. Maledicta terra in opere tuo: spinas et tribulos germinabit tibi. Que tamen antea etiam spinas et tribulos germinasset: sed non in hominis penam Sic et luna etiam: si luxisset super terram: non fecisset diem: sed homo eas videns: tantum commodum habuisset de visione lune: quantum nunc habet de sole. Hec sunt fere omnia verba sancti Thome: vbi supra. ¶ Ex hijs vlterius ita proceditur ad propositum Non est enim maior ratio: quare non etiam ita sentiendum sit proportionabiliter de alijs visibilibus ex quo omnia propter hominem facta sunt: vt puta: quod tantum commodum suscepisset oculus corporalis hominis: videndo tunc cuprum: sicut nunc habet videndo aurum: quod letificat cor: vel videndo florem boraginis: sicut nunc habet videndo pulcherrimam rosam: lilium: vel violam et similia.

¶ Si enim omnia peiorata sunt propter peccatum: saltem quo ad hoc commodum ratio dictat: quod restituto homine ad meliorem statum: quam fuerit innocentie status: commodum hoc restituetur omnibus rebus: et non in eadem mensura qua prius: sed multo excellentius prout exiget etiam excellentior hominis status. ¶ Et nota quod hec restitutio fiet quo ad omnia que non habent imperfectionem annexam: cuiusmodi est generatio: que futuro statui repugnat. Et sic declarata est restitutio commodi.

¶ De secundo autem: scilicet de additione boni scilicet pertinentis ad obiectum visus: quod dicitur pulcrum: nunc dicamus Rationabile enim est: quod sicut omnia aliquo modo sunt facta peiora propter peccatum hominis: sic non solum reddatur eis deperditum bonum: sed etiam augeatur bonum vltra illud quod habebant. Nullatenus enim credendum est deum esse remissiorem in premiando bona: et intensiorem in puniendo mala: cum semper puniat citra condignum: et premiet vltra condignum. Cum igitur hominem propter merita deducat ad valde meliorem statum quam fuerit status innocentie: sequitur quod omnia visibilia propter consolationem hominis faciat

esse pulchriora et delectabiliora: quam fuerint in statu innocentie. Consistit autem melioratio pulchritudinis visibilium in tribus scilicet.

¶ Primo in augmento lucis.

¶ Scdo in clarificatione coloris

¶ Tertio in meliori proportione corporis et partium exclusa omni deformitate.

¶ De primo ergo dicit be. Tho. in.4.di.48.q.2. de innouatione mundi post resurrectionem.ar.3. 3m. quod quando lux lune augmentabitur secundum rei veritatem non erit alicubi nox super terram: sed solum in centro terre vbi erit infernus: quia tunc vt dicitur per Ysa. vbi supra: lucebit luna tantum: quantum nunc sol lucet: et sol in septuplum quam modo luceat. Corpora autem beatorum septies magis sole: quamuis hoc non sit aliqua auctoritate vel ratione probatum. hec ille. sed vt supra dictum est: bene auctoritate euangelica probatum est: quod ad minus tantum: quantum sol lucebunt. ¶ Ex hiis ergo patet quod deus cuius perfecta sunt opera: vt dicitur Deuteronomij.32. non monstruosam rem aget: sed proportionabiliter augmentabit lux omnium visibilium: ad maiorem delectationem visus beatorum: quos luminis excellentia non offendet: vt nunc offendit. ¶ De clarificatione coloris. ¶ De secundo dicit beatus Tho. Ubi supra: quod quantum ad qualitates visiuas: quarum principium est lux: vide licet omnia corpora inferiora secundum colores erunt meliora et perficientur: sed colores sunt qualitates visiue quarum principium est lux: ergo et cetera. Unde candor et rubor in faciebus hominum beatorum: puriores et limpidiores valde erunt quam nunc. Ymo secundum hoc etiam color terre perficietur. Quanto magis aliorum visibilium. vnde dicunt doctores solemnes: quod corpora beatorum triplici charitate perficientur. ¶ Primo claritate coloris: quia nihil impuritatis habebunt: sed erunt tanquam argentum ig. ex. Secundo claritate splendoris: ex incidentia corporum illuminosorum: quia erunt bene tersa et polli. ¶ Tertio claritate luminis interioris: ex influentia anime per modum recipientis. Ad alterum horum applica illud .i. Mach. 6. Refulsit sol in clipeos aureos: et resplenduerunt. m. ab. e. et cetera.

¶ De hiis que non possunt impedire excellentem pulchritudinem in patria.

Secunda conclusio sit ista. Nulla contrarietas: nec vlla deformitas corporum beatorum: excellentem pulchritudinem poterit impedire ¶ Ista autem conclusio presupponit excellentem pulchritudinem corporum beatorum. De qua dicitur .i. Cor. 15. Sed alia quidem celestium gloria alia autem terrestrium. Alia claritas solis: alia claritas lune: et alia claritas stella

rum. Stella enim a ſtella differt in claritate. Si autem minimi ſancti erit claritas ſaltem ſicut ſolis: cogitate ſi poteſt excellens vocari pulcritudo coꝛpoꝛum beatorum. ¶ Sed quia concluſio dicit ꝙ hanc pulchꝛitudinem non impediet contrarietas aliqua vel deformitas: habebit proceſſus noſter duas partes. Pꝛima aget de contrarietate. Secunda vero de deformitate. ⸿ Pꝛima igitur pars talem habet inſtantiam. Nam lux ⁊ coloꝛ requirunt contrariam diſpoſitionem in ſubiecto. Nam ſecundum philoſophum in libro de ſenſu ⁊ ſenſato: coloꝛ requirit pro ſubiecto: perſpicuum terminatum. Et Auic. in. 6. de naturalibus dicit: ꝙ coꝛpus luminoſum conſtat ex partibus peruijs. Si autem hoc eſt: apparet impoſſibile: ꝙ lux ⁊ coloꝛ tante perfectionis poſſint ſimul eſſe. ¶ Ad hoc dicitur: ⁊ aſſignatur ratio iſta. Nam ea que ſm naturam poſſunt ſtare ſimul vtroqꝫ vel altero exiſtente in gradu remiſſo ſue ſpeciei: poſſunt etiam naturaliter eſſe ſimul in vtriuſqꝫ gradu intenſiſſimo: quia non habent naturalez oppoſitionem. Et ſic non implicatur contradictio: ſi iſta ſint ſimul intenſiue: per diuinam potentiam. Patet autem ꝙ lux ⁊ coloꝛ ſunt in eodem. Non vt patet de lignis putridis: de nocte apparet lux: ⁊ de die coloꝛ. Nam autem videtur de die coꝛum lux: pꝛopter maiorem lucem: nec de nocte eorum color: quia per illam lucem: non eſt ſufficienter medium immutatum ita ꝙ ſufficiat ad percipiendum colorem: ſed ſolum lucem. Sequitur igitur ꝙ deo operante: poſſunt iſta duo ſimul eſſe in gradu excellentiſſimo: ſicut dictum eſt. ⸿ Et ad philoſophum dicendnm eſt. quod per cōparationem ad cauſam effectiuam naturalem: lux ⁊ coloꝛ requirunt cōtrarias diſpoſitiones inductas ex natura componentium. Sed in coꝛporibus gloꝛioſis: hec erūt ex merito virtutis: in comparatione ad cauſam ſupernaturalem deum. ¶ Sed tunc oꝛitur alia dubitatio. Si tanta mutatio fiet claritatis. ⁊ ampliatio coloꝛis. in coꝛpoꝛibus gloꝛioſis: ſaltem impedietur mutua cognitio beatorum inter ſe. Quod videtur inconueniens. ⸿ Ad hoc dicitur: ꝙ ſicut non impedietur mutua noticia per hoc quod tolletur coꝛporum defectus: puta quia giboſus non habebit gibum: ⁊ claudus ibit rectus ⁊c. vt infra dicetur. ita ⁊ magnitudo claritatis ⁊ coloris depuratio non impediet ſanctoꝛum mutuam cognitionem. Cuius ratio talis aſſignari poteſt. Nam ſicut in pꝛeſenti videmus: quod mutatio veſtimentorum: dummodo facies non ſit cooperta: non impedit mutuam cognitionem: vt patet in feſtiuis diebus: ⁊ alijs cotidianis veſti-

mentorum mutationibus: ita mutatio claritatis & ampliatio coloris in corpore glorioso quod est vestis anime: dum modo ipsa anima percipiatur: non impedit mutuam cognitionem. Percipietur enim vnius cuiusque anima in patria ab vno quoque. vt patet p Gregorium in moralibus super illud Job.28. Non adequabitur ei aurum aut vitrum. Ibi vniuscuiusque mentem ab alterius oculis: membrorum corpulentia non abcondet. ¶ Item per Augustinū 22. de ci. dei capitulo.29. Patebūt cogitationes inuicem nobis tunc cum venerit dominus ad iudicium. & manifestabit consilia cordium. ¶ Item per glosam super illud. i. Cor.4. Illuminabit abscondita tenebrarum dicit. gesta & cognita bona & mala erunt aperta tunc omnibus. Nam vt dicit Gregorius vbi supra. Sicut in vitreo vase: videtur quod est intus: ita in corpore glorioso resplēdebit anima: que se habet ad manifestandum corpus. sicut facies ad manifestandum cetera mēbra

¶ Quomodo nulla deformitas impediet excellentem pulchritudinem. ¶ Secunda pars conclusionis. agit de deformitate. Et dicitur q nulla deformitas impediet excellentem corporum beatorum pulchritudinem. Et ista patet ex sufficienti inductione. Nam omnis deformitas: que hic in presenti tempore potest esse accidit ex vna istarum quattuor causarum.

¶ Prima ex defectu alicuius mēbri. vel partis corporis. vt manci mutilati &c.

¶ Secunda ex defectu debite quantitatis. vt nani &c.

¶ Tertia ex vitio alicuius superfluitatis. vt gigantes. & qui sex digitos habent. &c.

¶ Quarta ex vitio alicuius male dispositionis. vt claudi. gibosi. & monstruosi.

Sed nulla harum causarum ibi erit. Ergo nulla deformitas impediet. ¶ Primam enim tamen non esse ibi. patet per Augustinum. 22. de ciuitate Dei. c.20. sic dicentem. Si aliqua martyribus amputata vel ablata sunt mēbra. non tamen sine illis erunt in resurrectione mortuorum. quibus dictum est capillus non peribit de capite vestro. Propterea puto q christus noluit q frangerentur eius crura. quia requirebatur solidatio in resurrectione. qua visa difficilius credidissent discipuli sui. Similiter cum claritatis dote non apparuit eis. q nundum erant glorificati: vt possent in eo animam cognoscere. & sic non eum cognouissent videntes claritatem uultus eius. Et hec fuit causa: quare non ante passionem eius. eis illam dotem aliqualiter ostendit. Remouebitur

Itaqꝫ omnis deformitas ex virtute dei. cui nulla indispositio aduersari potest. ¶ Quomodo nullus defectus erit circa pulchritudinem.

Tertia conclusio sit ista Nil diminutuꝫ nil superfluum. nil deniqꝫ male dispositum. deformabit excellentem pulchritudinem corporum beatorum. Et patet vna auctoritate probari tota conclusio. dicente Augustino In Euchyridion capitulo quinto de electis. Resurgent sanctorum corpora sine vllo vitio sine vlla deformitate. sicut sine vlla corruptione. Unde excluduntur iste tres cause deformitate. ⁊ hesterna vt satis patet. ¶ Ratio autem vna ad hec omnia. potest adduci talis. Omnis deformitas que potest accidere in corporibus naturalibus. accidit ex vna istarum duarum causarum. s. Uel ex indispositione materie. Sicut dyabolus semel per vnum demoniatum loquens ⁊ barbarizans in grammatica. interrogatus quomodo ita barbarizaret dixit. Non miremini. quia iste rusticus habet linguam ita grossam. quod vix possum iam vertere per os eius. Uel accidit ex impotentia agentis. Unde ⁊ angelus fecit bene loqui. etiam asinam Balaam per dei potentiam vt dicitur. Nu.22. Patet enim quod deus in nullo est impotens ⁊ quod omnis creatura per obiectialem potentiam ad nutum presto est sibi. Ergo sequitur quod quando ipse absqꝫ causis secundis operatur: tunc opera eius sūt perfecta. Unde vinum quod fecit ex aqua in nuptijs: erat optimum vt dicitur Jo.2. Primos igitur homines ipse fecit perfectos in omnibus. quia immediate ⁊ absqꝫ naturalibus causis fecit eos: que errare possunt. Cum ergo opus restaurationis ab ipso ⁊ immediate futurum sit: ⁊ non deceat illud minus esse perfectuꝫ quam opus institutionis: patet quod corpora sanctorum in patria erunt perfectissima. ¶ Sed circa hoc occurrunt tria dubia. Unum circa quantitatem seu humane stature mensuram in corporibus sanctorum ⁊ sanctarum. Quia videtur apostolus de resurrectione nostra loquēs: ad Eph. .4. dicere: quod omnes debent esse vnius mensure. Donec inquit occurramus omnes in vnitatem fidei ⁊ agnitionis filij dei in virum perfectum: in mensuraꝫ etatis plenitudinis christi. Ubi Augustinus ait: quod etiam mali in tali quantitate resurgent: quam habuerunt: vel habuissent si ad illam etatem peruenissent: ⁊ non accidisset error nature. Ex quo hēt solutio dubij. Nō.n.oēs ad illam staturam perueniunt: ⁊ natura non errante: sed aliqui ad

maiorem: aliqui ad minorem: ſm
quantitatem humidi extenſibilis
per calorem: ⁊ caloris extendentis
humidum. Unde pꝫ Anglicos
naturaliter eſſe maiores italicis: ⁊
inter italicos lombardos eē ma-
iores tuſcis ⁊cę. Non igitur om-
nes erūt in vna quãlitate ſeu mē
ſura: ſed omnes in quantitate cō
petenti ſibi. ¶ Aliud dubium eſt
circa ſupfluitatē. Dicitur. n. ſu-
pra: ꝙ color clarificabitur in ſctis
excellenter. hoc aūt videtur ſuper
fluum ponere: ⁊ deturpare ſancto
rum pulchritudinē. Qꝛ vt patuit
ſupra: ad pulchritudinem vt dicit
Augu. ptinet coloris q̄dam ſere
nitas. Hec āt ꝯſiſtit in mediocri-
tate ⁊ non in exceſſu ſm arteꝫ phi
ſonomie. Ergo non augebiť co-
lor. ¶ Ad hoc dicūť duo. ¶ Prio
quantūcunqꝫ augeať coloris cla
rificatio: tñ erit mediocritas in ef
fectu. Qꝛ cum in illo ſtatu: viſibi-
le non agat in viſum actione natu
re: ſed anime tractu: non patietur
leſionem ipſe viſus ab imenſitate
claritatis tam lucis q̃ꝫ coloris: ſꝫ
demulcebitur ⁊ delectabiť i aſpe-
ctu corporis glorioſi: ſicut i aſpe-
ctu iaſpidis: vt dicitur. Apoc. 2.
¶ Secundo ad hoc dubium di-
cendum eſt: ꝙ nō eſt ita intelligē
dum: ꝙ ſicut lux coꝛpoꝝ beatorū
excedit omnē lucem preſentis ſta
tus: ita claritas coloꝝ. qꝛ ſic non
eſſet mixtio debita candoris ⁊ ru
boris in facie ⁊ in alijs partibus
corporis. ſi oēs colores eēnt extre
mi. Et ſic etiam non ſaluaretur il
lud Cañ. 5. Dilectus meus can-
didus ⁊ rubicundus. electus ex
millibus. Sed eſt intelligenduꝫ
ſm debitam ꝓportionem ⁊ men-
ſuram ſerenitatis coloris. ¶ Ter
tium dubium ē rurſus: qꝛ ꝯclu-
ſio tres pticulas ꝯtinebat: ⁊ dubi
tatur de deformitate coꝛpoꝝ glo
rioſoꝝ. que videtur prouenire ex
cicatricibus vulnerum. Nam vt
de xp̄o dicitur. Jo. 20. oſtendit lo
ca clauorū Thome: ⁊ ipſe manū
miſit in latꝰ eius. De ſanctis mar
tiribꝰ dicit Aug. 22. de ci. dei. ca.
¶ Dupliciter āt videtur cōtraria-
ri pulchritudini coꝛpoꝝ beatorū:
tales cicatrices habere. Primo:
qꝛ ipſa cicatrix offendit: vulnꝰ aſpi
cientem ⁊ corpus hois. ⁊ ēt tactū
eius: quod videtur contingere:
quia ſentit aſperitatem: qꝛ ibi nō
deceret. ¶ Item qꝛ aptura corpiſ
i locis ñ ſic aña diſpoſitis: repu
gnat integritati eiuſdem. Ergo
in corpore xp̄i: ⁊ in corporibꝰ mar
tirum aliquod vitium erit aut de
formitas. ¶ Reſpondetur ad hoc
ꝙ nullo modo concedendum eſt
qᵭ in corporibus beatorum ſit ali
qua deformitas pp hoc. Et eſt in
promptu ratio talis. Quandocū
qꝫ alicui termio ſignificatiuo: ad
ditur alius terminus diſtrahens
ſeu diminuens ⁊ trahens prece-
dentem terminuꝫ de ſuo ſignifi-
cato formali. tūc non ſequitur: a
diſtrahente: ſeu diminuente ad di
ſtrahibile cōſequentia. vꝫ hō mor

tuus non: ſequitur: ergo homo. Et homo pictus: non ſequitur: ergo homo. Sic etiam in gramatica: figura non eſt vitium ſimpliciter: eſt tamen vitium ratione excuſatum: ſicut deum pro deorū cauſa metri non eſt vitium ſimpliciter. Sic etiam ſi cicatrices chriſti ⁊ martyrum licet dicātur vitia corporis: recompenſata tamen ⁊ decorata per ornamentum glorie: non erunt vitia: ſicut dicit Auguſtinus: vbi ſupra. Non.n. deformitas: ſed dignitas erit: ⁊ quedam ꝙuis in corpore non tamen corporis ſed virtutis pulchritudo fulgebit. Superaddetur enim eis mirus ornatus: ex quo cognoſcetur virtus illius ſancti: qui talia ⁊ talia vulnere perpeſſꝰ eſt: ⁊ ſic mirabiliter delectabit videntium oculos. Quod clare petrus de palu. in quarto. di. 49. q. 8. ar. 4. c. ponit: dicens. Sicut aurea principaliter eſt in anima: ſic ⁊ aureola: ſed per redundantiam in corpore erit quedam decentia: ⁊ pulchritudo ſingularis: repreſentatiua aureole predicatori ī ore virginibus in illa parte: martyribus in cicatricibus ⁊ alijs partibus corporis: ſm genus martyrij: vt ſtatim ex aſpectu corporis ſciatur qualis quiſꝙ fuerit virgo martir: vel doctor. ¶ De hijs que complebunt excellentem delectationem in oculis beatorum.

Quarta concluſio ſit iſta. Varietas obiectorum: ⁊ augmentum acuminis viſualis: vſꝙ ad dei preſentiā: magnifice complebunt excellentem delectationem in oculis corpoꝝ beatorum. Hec concluſio declaratur per verbum ps. 42. Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato: circundata varietate. Hec regina eſt eccleſia triumphans in celo que poſt reſurrectionem habebit veſtitum deauratū ſcilicet corpus glorificatum ⁊ circundabitur varietate viſibilium obiectorum in quibus delectabitur. Et qꝛ totum corpus erit melioratum conſequenter etiam viſus acumē erit longe perſpicacius ꝙ nunc adeo vt etiam preſentiam dei ſentiat: a cuius dextris aſſiſtere dicitur. Nam aſſiſtentia perfectā delectationem dicit: que fruſtra eēt abſꝙ cognitione. Et ſic tota concluſio patet in coi. ¶ Nunc ſigillatim de partibus eius videamꝰ. Et primo de varietate obiectorū notandum ꝙ non ſolum cernemus plures ſpecies rerum: ſed etiam plures res eiuſdem ſpeciei. Cum enim alterius vti ſit delectabile: maxime ſm philoſophum primo methaphyſice: diligimus viſum: quia plures nobiſ differentias demonſtrat. Clarum eſt autē ꝙ multa ſunt: ⁊ magna ⁊ parua: que nunc videre non poſſumus. Nam ſolem in rota ſua cernere non poſſumus: neꝙ videre ligna paradiſi que ſunt pulcherrima viſu. Gen. 3. Et tamen ſaltem per

ſpecies influxas videbimus etiaꝫ abſentia ⁊ diſtantia vt ſuperi⁹ declaratum eſt. Et ēt ſolem in ſua rota videbimus ⁊ pulchritudinē omnium corpoꝝ glorificatoꝝ: ⁊ varios colorum gradus: qui ſunt in eadem ſpecie multi. Et vt dicit beatus Tho. in quarto. di. 44. q. de agilitate. ar. 3. q. 2. c. veriſimile eſt: ꝙ corpora glorioſa aliquando moueantur pro ſuo libito voluntatis: vt illud quod in virtute habēt actu exercentes: diuinam ſapientiam cōmendabilem reddant. ⁊ vt diuerſa cōtemplantes eorum viſus pulchritudine diuerſaꝝ creaturarum reficiatur. Quod ex quatuor cauſis procedit. i. per remotionem earuꝫ. ¶ Primo quia paruitas obiectorum non impediet. Quod quidem erit: qꝛ viſus erit multo ſubtilior: vt infra patebit. ¶ Secundo: quia diſtantia nō impediet. Quod quidem erit: qꝛ ſm beatuꝫ Tho. in quarto. vbi ſupra quanto ſenſus ē perfectior: tanto a minori imutatione ſui facta: poteſt melius pcipere. Eſt āt minor imutatio: quanto ſub minori angulo fit. Quāto āt res magis diſtat: tanto ſub minori angulo immutat viſum. Ergo ſequitur. ꝙ a remotiori videt oculus quanto eſt perfectior. Et cū ſancti ſint in ſtatu ſatis meliori ꝙꝫ modo ſim⁹ nos: patet ꝙ diſtantia non impediet viſiuam que eſt ab obiecto: ⁊ ꝙ etiam plura videbit. ¶ Tertio: quia ſitus non ipediet neqꝫ intercidium. quod eſt. 4m. Multa ergo particularia videbunt beati ēt in corporibus ſuis proprijs: ⁊ ad inuicem; ⁊ ſic delectabuntur in multitudine ſpecierum ⁊ in multitudine rerum einſdem ſpeciei talibus modis. ¶ Secunda pars concluſionis ſic declaratur. Ubi notandum ꝙ delectationem beatorum oculorum augebit: quod res ita varias ſpecie ⁊ numero nō ſolum ſucceſſiue: ſed ēt ſimul videre poterit quilibet beatus ⁊ ex hoc magnam habere delectationem. Non. n. videtur maior ratio quod anima ſm intellectuꝫ videat omnes ſpecies rerum intelligibilium: vt patet per ſanctū Tho. in prima parte. q. 89. ar. 3. o. in futuro ſtatu: ꝙꝫ ꝙ ſecundum potentiam ſenſitiuam: videat omnes ſpecies rerum viſibilium. Et qꝛ ſuper naturaliter cognoſcent ſimul diuinam eſſentiam: ⁊ rerum creataruꝫ eſſentias. ita proportionabiliter debet viſus corporalis ſimul ferri in principale obiectum quod eſt corpus chriſti: ⁊ in aliud vel in alia ⁊ alia plura quomodocunqꝫ ⁊ quecunqꝫ voluerit: cuꝫ magna iocunditate.

¶ De acumine viſus corporalis.

¶ Tertia pars concluſionis ſic declaratur. Unde de acumine viſus corporalis vſqꝫ ad preſentiam dei vigorato in corporibus beatorum nunc dicamus. De quo Auguſtinus. 22. de ciuitate dei capitulo. 29. dicit: ꝙ aquilam: ⁊ lin-

cem: ⁊ omnia animalia ſuperabit oculis beati glorificatus in acumine viſus. Et in tantum erunt oculi humani in illo futuro ſtatu precellentes preſentem ſtatum vt habeant aliquid menti ſimile: quo ab eis etiam incorporea natura cernatur. Et dicit ꝙ hec virtuſ magis cernendi: fortaſſe data fuit ad horam oculis ſancti viri Iob. vltimo quando dixit. In auditu auris audiui te: nunc autem oculus meus videt te.

¶ Quis autem ſit modus videndi deum ſenſibiliter: idem Auguſtinus hoc modo declarat vbi ſupra. Quis aliorum vitas cum ſint inuiſibiles per corpus videt. Nam vnde videntium corpora: a non viuentibus diſcernimus: niſi corpora ſimul ⁊ vitas videamus quas niſi per corpora videre non poſſumus. Vitas autem ſine corporibus: corporeis oculis non videmus. Quamobrem fieri poteſt: valdeqꝫ credibile eſt: ſic nos eſſe viſuros mundana tunc corpora: celi noui: ⁊ terre noue: vt deum vbique preſentem. ⁊ vniuerſa etiam corpora gubernantem per corpora que geſtabimus ⁊ que cōſpiciemus clariſſima perſpicuitate videamus: non ſicut nunc: inuiſibilia dei a creatura mundi per ea que facta ſunt: intellecta conſpicientur: ſed ſicut homines inter quos viuentes: ⁊ motus vitales exercentes viuimus: mox vt aſpicimus non credimus viuere ſed videmus cum eorum vitam ſine corporibus videre non poſſumus: quam tamen in eis per corpora remota omni ambiguitate conſpicimus: ita quacunque ſpiritualia illa lumina corporum noſtrorum conferemus incorporeum deum etiam per corpora contuebimur. Ita enim erit deus cōſpicuus: vt videatur a ſingulis: ⁊ in ſingulis nobis ⁊ in omni corpore. ¶ Cuius rationē ponit ſanctus Thomas in quarto. di. 49. q. 2. ar. 2. in corpore ⁊ ad beatum quia omnia corpora propter hominem facta ſunt: ideo tunc erūt tanta dei influentia referta: vt etiam ſolatium diuine viſionis in eis homo inueniat ⁊ precipue in corpore chriſti ⁊c.

¶ Explicit tractatus de viſu corporali in patria.

¶ Incipit tractatus de auditu.

Hodie aperiem⁹ vnam capſulam celeſtium theſaurorū in qua ſunt ēt quedā iocalia precioſiſſima: magnam delectationem conferentia auditui beatoꝝ ſecundum corporales aures. De quibus quinque concluſiones adducemus in medium. ¶ Quod aures habebunt actum ſcilicet.

Prima conclusio sit ista. Corporales aures
beatorum in patria habebunt ꝓ
prium actum: sensibiliter audien
di. Unde Ysa. 51. Audite me qui
sequimini quod iustum est ⁊ que-
ritis dominum. Attendite ad pe
tram. i. ad corpus christi: vnde ex
cisi estis: ⁊ ad cauernam laci de
qua precisi estis. i. ad plagas ⁊ cor
pus christi. De quo Can. 2. Colũ
ba mea in foraminibus petre: in
cauerna macerie. i. in plagis pas-
sionis eius: ⁊ maxime lateris: de
quo quasi de lacu exiuit sanguis
⁊ aqua vt habetur Jo. 19. Atten
dite ad Abraham patrem nostꝝ
. i. ad christuz ⁊ Saraz que pepe
rit vos. i. ecclesiam quam de suo
formauit latere. quia vnum vocaui
eum: ⁊ benedixi ei ⁊ multiplicaui
eum. Consolabor igitur. i. non
frustra misit eum deus ad ecclesi
am militantem: sed consolabitur
dominus per eum syon. i. ecclesi
am triumphantem. ⁊ consolabi-
tur omnes ruinas eius. i. angelo
rum ⁊ iudeorum: ⁊ ponet deser-
tum eius: in quo. s. homines nõ
habitauerant ante quasi delicias
eius ⁊ ẽt sensibiles. ⁊ solitudinem
eius quasi ortum domini. Et spe
cificas dicens. Gaudium ⁊ leti
cia inuenietur in ea. gratiaruz ac
tio ⁊ vox laudis. s. corporalis post
resurrectionem. quam audientes
aures beatorum delectabuntur.
Absit enim ꝙ sanctis ibi tanquã
ydolis improperari possit illud
Dauiticum ps. 113. Aures habẽt
⁊ non audient. Ymo pro certo au
dient. Frustra. n. ibi poneretur
laus vocalis. vbi non esset audi-
tus. Nam dicitur Ec. 32. Ubi nõ
est auditus: non effundas sermo
nem tuum. Quis enim musicoꝝ
vellet in organis musicis ludere.
vbi sciret neminem audientem.
Erit autem laus vocalis in pa
tria. Nam beatus Tho. in quar
to di. 44. q. 2. de impassibilitate
ar. 1. q. 4. sic loquitur. Laus voca
lis erit in patria. Et Augustinus
super ps. 149. Exultationes dei
in gutture eorum: dicit ꝙ corda
⁊ lingue nõ deficient laudare de
um. Hoc autem dicit bea. Tho.
ibi: vt ostendat auditui obiectum
suum non deesse a quo immute
tur: vt possit actum suuz habere
⁊ exercere. Est eniz dupliciter cul
tus dei. s. interior ⁊ exterior. Cuz
eniz homo sit compositus ex ani
ma ⁊ corpore: vtrunqz debet ap
plicari ad colendum deum: vt. s.
anima colat interiori cultu: ⁊ cor
pus exteriori. Unde dicitur in ps
Cor me. ⁊. c. m. exul. in deum vi
uum. Et sicut corpus ordinatur
in deum per animam: ita cultus
exterior ordinat̃ ad iteriorẽ cultũ
Cõsistit aũt iterior cult⁹ in h: ꝙ aĩa
ꝯiũgatur deo per intellectũ ⁊ affe
ctum. Et secundum ꝙ diuersi-
mode intellectus ⁊ affectus colẽ
tis deum: deo recte coniungitur
secundum hoc diuersimode exte
riores actus hominis ad cultum

dei applicantur. In statu eniȝ fu
ture beatitudinis: intellectus hu
manus ipsam diuinam veritateȝ
in se ipsa intuebitur. Et ideo exte
rior cultus non cõsistet in aliqua
figura: sed solũ in laude dei: que
procedit ex interiori cognitione
⁊ affectione ſm illud Ysa. 51. Gau
dium ex li. in. in ca. gr. ac. ⁊ vox
laudis. Hec sanct⁹ Tho. 1ª 2ᵉ. q.
101. 2. c. Et. q. 103. 3. in corpore ar
ticuli. Et 1. 2ª 2ᵉ. q. 13. ar. 4. sic ait
Credibile est ꝙ post resurrectio-
nem erit in eis. s. in damnatis: eti
am vocalis blasfemia: sicut in san
ctis vocalis laus dei. hec ille. Di
cunt etiam in suo. x. quolibet: ꝙ
in beatis erit risus: quod est pro-
prium hominis: ſȝ illud Job. 8.
Donec impleatur os tuum risu:
⁊ labia tua iubilo. Et Luc. 6. Be
ati qui nunc fletis: quia ridebitis
¶ Deinde notandum. ꝙ licet hic
modus indubitanter sit in patria
. s. modus audiendi reales ⁊ ibi
existentes voces deum laudantiũ
⁊ letantium: non tamen ita credẽ
dum est ꝙ hic modus erit solum
ymo dici debet conformiter ei qđ
dictum est de modo videndi. vi-
delicet ꝙ sancti in celo audient:
non solum per immutationem sa
ctam ab obiecto: vt dictuȝ est: sed
etiam per species influxas. quia
verisimile est: ꝙ iocunditas quaȝ
homo habuisset mediante audi
tu in statu innocentie: amissa per
peccatum. s. talis que non inclu
dit defectuȝ nature vel moris in
futuro statu reparabitur: etiaȝ cũ
additamento maioris iocundita
tis. non obstante ꝙ sanctis melio
ra ⁊ iocundiora cõferantur. sicut
de intellectu ⁊ visu dictum est.
¶ Ex hiis constat. ꝙ non verisimi
le est. ꝙ sancti in celo careant io-
cundissimo cantu phylomene ⁊
aliarum auiuȝ paradisi terrestris
quas audiuit Adam ante pecca
tum. Patet autem ꝙ talium aui
um cantus secundum se nõ erũt
in celo illo tempore. cum anima-
lia cessabunt ⁊ omnia generabilia
Ergo per species influxas audire
poterunt ⁊ iocundari. cum talis
iocunditas nec nature nec moris
defectum importet. Nec erit eo
rum sic audientium falsum iudi
cium. Iudicabunt enim tales
aues in paradiso fuisse: ⁊ non pre
sentialiter esse. Et sic nõ erit simi
le sicut hic de freneticis ⁊ amen
tibus. vt dictum est alias. Unde
Cañ. 2. cum dicitur flores appa-
ruerunt in terra nostra additur.
Vox turturis audita est in terra
nostra. ¶ Similiter dicimus eti-
am hic. ꝙ neqȝ distantia. neqȝ si-
tus. neqȝ intersticidium impedi-
re poterit auditum corporuȝ bea
torum conformiter sicut dictum
est de sensibus in communi: ⁊ in
speciali de visu. Et sic patet ꝙ san
cti in paradiso nec surdi nec mu
ti erunt. ¶ Sunt autem qui vo-
lunt omnes sactos surdos ⁊ mu
tos facere: rationibus naturali-
bus inherentes: quarum vim nõ

intelligunt. Dominus autem ie-
sus qui eiecit demonium ⁊ loquu
tus est mutus Luc.xi. Per quod
etiam denotatur surditas. quia
naturaliter surdi sunt etiam mu
ti. Et Mat.7. Adducunt ei sur-
dum ⁊ mutum: ipse docebit nos
eorū argumenta refellere: de quo
scriptum est Mar.7. Enim om-
nia fecit. ⁊ surdos fecit audire. ⁊
mutos loqui. ¶ Sunt autē pro
nunc duo.

Primum de respiratione.

Secundum est de sono.

¶ Et quo ad primum dicit Ari.
in secūdo de anima: ꝙ natura vti
tur aere respirato ad formatiōem
vocis. ⁊ ꝙ hec aīalia ⁊ similia que
respirant: vocem habent. ⁊ ꝓpter
respirationem ⁊ percussionem ae
ris respirati ad guttur. causatur
vox. Et q2 in celo non est aer ideo
ibi non erit respiratio. nec per cō
sequens vox. Ex quo ēt medio
possunt arguere: non esse auditū
in corporibus beatis. q2 auditus
indiget medio extrinseco deferen
te aerem ad aurem. vt in 2o de aia
dicitur. ⁊ experientia docet. Si
militer ēt auditus: vt dicit Alb.
magnus in suo libro de homine.
ꝙ auditus fit ex repercussione ae
ris exterius facta percutientis au
rem ꝯnaturalem q est in aure. Et
ista presupponunt aerem extrinse
cum. ergo ⁊c. Et sic erunt sancti
surdi ⁊ muti. Sicut ille cui dixit
christus. Surde ⁊ mute spiritus
ego precipio tibi ex. ab eo. Mar.9
sed opposita ⁊ obiectiones de so-
no infra patebunt. Nunc vero ad
primas obiectiones dicamus.

¶ Dicendum est ergo istis: ꝙ re
spiratio seu aeris attractio. acci-
dit formationi vocis. q2 secundū
phm vbi supra: homo non potest
formare vocem dum attrahit ae-
rem respirando: nec dum ex-
pellit expirando: sed dum reti-
net. Sicut ergo animal potest
retinere aerem sine attractione
⁊ expulsione. sic posset formare
vocem absque aere attracto vel
expulso. Modo sic erit in ce-
lo. quod sancti habebunt aerem
interius ad hoc sufficientem: vt
naturalibus instrumentis pos-
sint causare motum ad formādū
vocem. Non. n. corpora sanctorū
resurgent vacua: sed habebunt cō
naturalem sibi aerem: semper in
eis manentem. qui densabitur ⁊
rare fiet secundū ꝙ apertio. vel
clausio oris requiret ad formatio
nem vocis. Cessante. n. causa. ces
sabit effectus. Aer autem expellit
a nobis. ⁊ alius attrahitur. ad re
frigerandum cor. Sed ibi nō erit
aliqua alteratio noxia. q2 corpora
sanctorum erunt impassibilia. vn
de nec motus cordis erit ibi neces
sarius eo fine quo hic fuit. Dicit
enim phylotetus. Motus cordis
⁊ arteriarum est secundum dila-
tationem ⁊ constrictionem. pro-
pter refrigerationem innati calo-
ris. ⁊ digestionem fumosam su-
perfluitatum. Sed sicut dicit san

ctus Thomas in tractatu de mo-
tu cordis. ita se habet hic motus
cordis in animali. sicut motus ce-
li in mundo. Ideo illo cessante:
iste cessabit quo ad hunc usum.
Dicit tamen ipse i quarto di.49.
q.i.ar.4.q.i. ad primu3 ꝙ cor cu-
ius perfectio vite in motu consi-
stit: est deo similius: cum mo-
uetur: ꝙ̄ cum quiescit: quis de-
us non mouetur. Quod dicit
propter operationem vite. Ideo
nihil prohibet quin alio quodam
modo ꝛ fine: continue vel inter-
polate: ad nutum anime. possit
moueri cor etiam in patria: vt ex-
ponit sanctus Thom. 12e.q.24.
3.c.fi. Item.q.30.i.1m. Item.3.
q.21.2.1m. ꝛ maxime quia leticia
de quacunq3 re in anima recepta
seu concepta: tum excellens fuerit
redundat in corpus: ꝛ tunc potest
cor etiam exultare iuxta illud ps.
83. Cor meum ꝛ caro mea: exulta-
uerunt in deum viuu3. Hec ideo
dicta sint vt intelligatur: ꝙ etiam
pulmonem potest anima mouere
ad libitu3: licet non propter neces-
sitatem respirandi: sed propter
percutiendam arteriam cum ae-
re connaturali. ¶ Et sic patet: ꝙ
non est necessaria respiratio.
¶ Secundo obijciunt etiam ex
parte soni sic. Dicitur enim in se-
cundo de anima: ꝙ vox est sonus
animalis. Sed in celo non po-
test esse sonus. Igitur nec vox.
Et sic in celo omnia sunt muta:
ꝛ nihil ibi auditur. ¶ Quod aute3
in celo non possit esse sonus: argu-
unt tripliciter. ¶ Et primo sic. ce-
lū non recipit peregrinas impres-
siones: vt dicitur in primo ꝛ secū-
do de celo. Sed sonus est pere-
grina impressio. ergo ꝛc.
¶ Secundo sic. Philosophus in
secundo de anima: ꝛ Albertus
magnus in libro de homine: di-
cunt: quod subiectum soni est aer
percussus motu fracto. Unde
oporteret si celum esset subiectu3
soni: ꝙ celum frangeretur. Sed
hoc est contra scripturam sancta3
Job.37. Tu forsitan cum eo fa-
bricatus es celos: qui solidissimi
quasi ere fusi sunt.
¶ Tertio sic. Ubicunq3 est reper-
cussio: ibi est resistentia. Sed cor-
pora humana erunt glorificata:
ꝛ per consequens habentia dote3
subtilitatis: cui nihil resistere po-
test quia cedit. Igitur ibi non
erit repercussio aeris: neque erit
ibi sonus. ¶ Ad primum dicitur
ꝙ per hoc non est demonstratu3
ꝙ plus sonus ꝙ̄ lux sit peregri-
na impressio. Nam in libro de sō-
nio Scipionis expresse habetur
ꝙ in celo causatur mirabilis ꝛ su-
auissimus sonus. Unde celum
est aptum recipere sonum sicut ꝛ
lucem: dummodo adsit agens
quod possit ꝛ velit.
¶ Ad secundum dicitur duplici-
ter. Uno modo: ꝙ non est incon-
ueniens in ordinib' celi: eē corp'
rarefactibile ꝛ ꝯdēpsabile. Aliter
sol non moueretur in suo spacio

Quod est falsum: vt patet intuenti: qr tantum corpus ⁊ tam magnum indiget magno spacio: qd vacuum esse non potest. Et tamē per illud transit sol ab oriente i occidentem contra motum firmamenti equaliter semper vt dicunt astronomi. Et per hoc tamen nō dicitur contra Job: qr bene stat ꝙ spera solis sit solida: ⁊ tamen excentricus qui est in medio spere sit fluidus: nisi forte dicamus: ꝙ spera solis componitur ex tribus speris. ¶ Vel potest dici: ꝙ motus fractiuus non semp frangit: nisi vbi reperit frangibile: cuiusmodi non est celum. Et quod fractio est priuatio: que non potest esse per se causa essentialis entis positiui: vt dicitur primo phisicorum: cuiusmodi est sonus: q est qualitas. Motus quoqꝫ non per se est causa: cum sit magis effectus ipsius soni. Vel saltem est causa sine qua non: si intelligatur motus percutientis primi: sicut oris ⁊ lingue: vel cuiuscunqꝫ alterius rei sonuz facientis: vt patet in manifestis exemplis. Primo namqꝫ frangitur nubes: antequam audiatur tonitruum. Prius emittitur vox: qꝫ audiatur Echō. Prius eleuatur ⁊ deprimitur malleus: qꝫ sonus percipiatur. Et similia. ¶ Ad tertium dicitur: ꝙ sbtilitas corporum glorificatorum sm Gregorium in quarto moralium: intelligitur per effectum spiritualis potentie: ⁊ non quia non possit resistere corpori tangenti. ⁊ sic nil obstat: quin in celis erit sonus ⁊ auditus. ¶ Quomodo vox christi est obiectum gratissimum audibile in patria.

Secunda conclusio sit ista. Domin' Iesus suis naturalibus organis vocem formans: est gratissimuz audibile inter omnia audibilia totius vniuersi. Quod probari videtur auctoritate. ps. 50. Auditui meo dabis gaudium ⁊ leticiam: ⁊ exultabunt ossa humiliata. Dicit: dabis in futuro: denotans futurum statum: in quo ossa nunc per incinerationem humiliata: in futura resurrectione exultabunt: viuificata in corpore glorioso. cuius auditui dabit christus gaudium per suam iocundissimam vocem. Et qr dupliciter potest formari vox ab aliquo per naturalia organa. s. loquendo ⁊ canendo: ideo oportet dicere: ꝙ vtrunqꝫ cōpetit christo. De locutione. n. eius habetur Cañ. 5. vbi spōsa laudat sponsum dicens. Anima mea liquefacta est: vt dilectus loquutus est. Vbi certe innuitur: ꝙ mortalis homo: ita dulcem allocutionē ⁊ verborum amoris expressionez que iesus eternus amor loquetur in patria: non posset sustinere: si ea audiret in via: ymo anima eius ita liquefieret. ⁊ quasi deflueret: ꝙ ipsum verbum dilecti ad diuisionem anime ⁊ spiritus. i. totius animalis vite pertingeret, vt etiaz

dicitur ad Heb.4.⁊ conſequenter homo in vita non ſubſiſteret. niſi deus per miraculum ipſum conſeruaret: ſicut conſeruauit ſanctū Paulum in raptu. qui alias foꝛſitan defeciſſet iuxta illud Exo.33. Non videbit me homo ⁊ viuet. ſimiliter dicendum eſt de auditu. Unde nec ipſe ſit dicere. an in coꝛpore: vel extra corpus fuerit. vt ipſe dicit.2.Coꝛ:12. Et ad hoc videtur adaptari illud Jo.16. Adhuc multa habeo vobis dicere.ſ.in celo: ſed non poteſtis poꝛtare modo .i.ſufferre in hoc mundo. ¶ Et ratio huius eſt in pꝛomptu. Nā cum declaratum ſit. ꝙ auditus beatorum in futuro ſtatu veras voces ⁊ reales eſſe habētes. percipiet. non eſt dubium quin beati. chꝛiſtum in patria audiant. ſe affabiliter alloquentem. Cui in via reſpondit Petrus Dñe ad quē ibimus. verba vite eterne habens Jo.6. Quin ymo ⁊ inimicorum miniſtri miſſi ad capiendum eū capti fuerunt verbis eius. Et reuerſi dixerunt pꝛincipibus. Nūq̄ ſic loquutus eſt homo. ſicut hic homo loquitur. Jo.7. Ubi igit̄ non ſunt niſi electi in gloria ⁊ in gloria ⁊ gratia confirmati. dubitare debet. ꝙ illos ſuo alloquio mulceat ⁊ delectet. Abſit. Quod vero ſancti chꝛiſtum in paradiſo audiant cantantem innuere videtur ⁊ appꝛobare ſancta mater eccleſia in officio ſancte agnetis in quarto reſponſorio dicens. Amo chꝛiſtum. in cuius thalamum introiui. cuius mater virgo eſt. cuiꝰ pater feminam neſcit. cuius mihi organa modulatis vocibus cātant. quem cū amauero caſta ſū cum tetigero munda ſum. cum accepero virgo ſum. Anulo ſuo ſubarauit me ⁊ immenſis monilibus oꝛnauit me. Ubi pꝛecipue ſe iactat virgo ſanctiſſima. de auditu ⁊ tactu. Sed de tactu quidem in loco ſuo dicemus. Nunc autē ſufficit quod oꝛgana chꝛiſti. ſcilicet naturalia: vocem foꝛmatam cantare dicuntur beate Agneti: ad leticiam. videlicet ⁊ gaudium ipſius ⁊ omnium ſanctoꝝ. ¶ Nō nunc non ſolū ex fide dicitur futuri ſtatus. in quo hec erunt: ſed ⁊ ratio mirabiliter ſuffragatur veritati. que talis eſt. Declaratum eſt enim in ante habitis. quod in chꝛiſto omnes ſenſus noſtri beatificabunt. eſſentiali beatitudinis premio. Ex quo ſequitur. ꝙ etiā auditus beatificabitur. Eſſentiale autem premium debet poni in excellentiſſimo obiecto. vt ſupra patuit. Tali autem obiecto debetur excellentiſſimus modus. Ergo auditus beatorum erit beatus in excellentiſſimo modo formandi vocem per organa ieſu chꝛiſti Ergo quantumcunq̄ vox chꝛiſti baſſa ſit. eſt dulcis ⁊ ſuauis. tamen quia cantus excellit in delectatione ⁊ dulcedine talis vocis oportet dicere. ꝙ preter vocem allocutionis. formet dominus ie-

sus vocem cantus armonici: ad
beatificandum in se ipso suos ele
ctos. etiam secundum sensuz au
ditus. ¶ Quod etiaz ita confirma
tur. Nam si laudant dominum
omnes sancti eius etiaz vocaliter
ita vt nos cantemus in ecclesie of
ficio: de sanctis tempore paschali
In ciuitate domini clare sonant
iugiter organa sanctorum. ibi an
geli ⁊ archangeli: hymnum decā
tant ante thronum dei alleluia.
Et iterum in hymno dedicatio-
nis ecclesie in laudibus dicitur.
Omnis illa deo grata: ⁊ dilecta
ciuitas plena modulis in laude ⁊
canore iubilo: trinum deum vni-
cunqꝫ cum fauore predicat: quan
to magis ipse dominus iesus qui
in hac vita positus: sepius versus
celum intuens: dicebat. Pater
gratias ago. Et in omnibus euā
gelistis patet ꝙ gratias agebat
deo: sicut in sacramento confici-
endo: ⁊ cum voluit suscitare laza
rum. Jo. xi. nunc vbi omnia sub
iecta sunt pedibus eius ⁊ ad dex-
teram dei sedet cum plenaria po
testate: semper laudat ⁊ exaltat ho
norabilius: dulcius. ⁊ efficacius
pre omnibus deum omnipoten-
tem: ⁊ simul letificat sanctos au-
dientes ipsuz. Quod enim sancti
cantent patet in ps. 20. Cantabi-
mus ⁊ psallemus virtutes tuas.
Quod exponit sanctus Thomas
secunda secunde. q. 13. 4. c. Item
q. 91. o. Item. 2. d. 2. q. 2. 2. 5m.
Item. 3. d. 9. q. 1. ar. 3. q. 3. c. Itez
2m. Item. 4. d. 15. q. 4. ar. 2. q. 1.
c. Item. d. 44. q. 2. ar. 1. q. 4. c.
Item 4m. Item ps. 32. col. 1. 2.
Item ps. 39. col. 2. Item. Ro.
15. col. 4. fi. Item. 1. Cor. 12. lec.
3. Colla. prima. Item Ephe. 5.
Colla. 13. Quod autē xps cantet
quid cantet. scribitur. ps. 29. sic.
Audiuit dominus: ⁊ misertus ē
mei: domin⁹ factus est adiutor
meus. Conuertisti planctum me
um in gaudium mihi: conscidisti
saccum meuz: ⁊ circundedisti me
leticia vt cantet tibi gloria mea ⁊
non compungar: domine deus
meus in eternum confitebor tibi.
¶ Ad cuius cantus dulcedinem
duo maxime correspondent. vnū
est nobilitas organi: non solum
asperitate vel alia causa quacūqꝫ
non impediti: sed potius optime
tersi ⁊ politi: ⁊ ad formandas vo
ces optime dispositi: sicut ⁊ cete-
ra sui corporis membra: melius
quā similia in alijs sanctis sunt
formata. vt fuit supra deductum
cum dictum fuit: ꝙ est speciosus
forma pre filijs hominum: ⁊ ꝙ
est obiectum pulcherrimum ad
videndum. Aliud est ꝙ nulli du
bium: ꝙ ipse pre omnibus excel-
lentius nouit proportiones sono
rum: ita ꝙ secundum hoc in re-
gno celoruz ⁊ in toto orbe sit me
lius cantare. Sed ex meliori orga
no: ⁊ arte perfectiori cantandi. se-
quitur vtiqꝫ facultas melius dul
cius ⁊ delectabilius cantandi. er
go sequitur conclusio manifeste.

¶ Exemplum autem qualecūq3: ꝙ christus in patria cantet ⁊ delectet ſanctos: eſt in eccleſia militā te. Nã in magnis ſolemnitatibus maiores prelati: puta epiſcopi cardinales: vel papa miſſam cantāt. vnde clericus ⁊ populus mirabiliter reficiuntur. Quanto magis in patria. ❡ Quomodo cantus chriſti durat ſemper: ⁊ alios prouocat ad cantandum.

Tertia conclusio ſit iſta Dominus ieſus ſui cantus dulciſſima armonia: ſine ceſſatione letificat ciuitatem dei: eamq3 prouocat ad cantandū Iſta concluſio continet duo principaliter. ſ. ꝙ cantus chriſti durat ſemper: ⁊ ꝙ cantu ſuo prouocat omnes ad cantandum. ❡ Proſequendo igitur ſm: dico ꝙ chriſtus prouocat omnes ſanctos ſuos ad faciendum vt ipſe facit. Qui dixit Jo. 13. Exemplum enī dedi vobis. vt quemadmodum ego feci: ita ⁊ vos faciatis. ¶ Ratio q2 non eſt veriſimile nec credibile: ꝙ prouocauerit magis ad ea que ſunt meriti: ꝙ̄ ad ea que ſunt premij. ſed ipſe prouocat electos nunc ad ea que ſunt meriti. ſ. ad laudandum ⁊ orandum etiam vocaliter deum patrem: vt patet Mat. 6. Sic autem ordinis ⁊c. Et oportet ſemper orare ⁊c. Ergo prouocat in gloria etiam ad ea que ſunt premij: cum ipſe dicat Jo. x. Ego vitam eternam do eiſ Exemplu3 Yſa. 6. Ubi dicitur ꝙ ſeraphyn clamabant alter ad alterū. ſanctus. ſanctus. ſanctus. ⁊c. Quid eſt clamare alter ad alteru3 niſi loqui ⁊ cantare diuinas laudes. ❡ Nota igitur primo ꝙ tota illa deo grata ⁊ dilecta ciuitas in ſex cohortes diuiditur: ſecundum ſex dies: quibus diſtinguitur creatio reru3. vt creatio recreationi correſpondeat. Sunt autē apoſtoli prophete martyres. doctores virgines. ⁊ reliqui. De quibus Apoc. 7. Ecce ego Johannes ⁊c. Ex tribu ruben ⁊c. vſque in ſecula ſeculorum Amen.

❡ Secundo nota quod omnes. preter vltimam cohortem: habent vltra auream. aliquam aureolam ſicut ſcriptum eſt Exod. 25. quod dominus fecit fieri vnā coronam auream ad ornatum arce. ⁊ ſupra illam aliam coronam aureolam. Uocatur autem aurea premium eſſentiale. aureola vero premium accidentale. pro aliquo arduo virtutis opere. videlicet martirio. doctrina. ⁊ virginitate. Apoſtoli igitur ⁊ prophete non carent aureola doctoratus: licet quidam habuerint ⁊ martirium. vt Petrus ⁊ Yſaias. Quidam vero virginitatem. vt Johannes ⁊ Elyas. Quidam etia3 ſimul doctoratum martirium ⁊ virginitatem. vt Paulus.

❡ Tertio nota. quod Sanctus Thomas de Aquino habebit duas aureolas. ſcilicet doctoratus ⁊ virginitatis. Et in vtroque

mirabiliter fulsit. Nā doctrinam
plus orōne q̄ studio a deo obti-
nuit. Uirginitatē vo miraculose
angelo stringēte sibi lūbos a deo
ꝓmeruit: velut alter yoseph resi-
stēs stupro. gen. 39. Et ꝑ vtroq̄
cātat nūc spūaliter: tandē vo voca
liter. ¶ Quarto nota ꝙ martires
recipiūt aureolā: q: pugnant ꝯtra
mūdū: doctores ꝯtra dyabolum
quē expellunt a se ꝛ ab alijs: actu
docēdo doctrinā salutarē: vt dicit
btūs Tho. i 4°. di. 49. q. 5. ar. 5.
q. i. Uirgines vo pugnāt ꝯtra car
nē. Et pro hijs victorijs deū lau-
dāt: ꝛ dn̄m yesuz xp̄m: cuꝰ exēpla
imitati sunt pugnādo fortiter: eiꝰ
exm imitant cātando: sicut scribit
in ps penultimo. Cātate dn̄o can
ticū nouū laus eiꝰ i ecclia sctōrū
ꝛc. Et tanto nobiliꝰ ꝛ meliꝰ qlibet
cantat: quāto est maior i celi glo-
ria. Un̄ sanctus Thomas vbi su
pra: dicit. Gloria essētialis corn̄det
merito: s̄m mēsurā caritatis: Au
reola vo s̄m spēm opis. Et ideo
pōt esse: vt aliqs minꝰ mereat in
maiori opere: ꝛ ecōuerso. Un̄ hic
sctūs doctor beatꝰ Thomas: pōt
eē supra multos martires. ¶ Oēs
aūt sancti i gradu suo a xp̄o ꝯsolā
tur: qui dixit Isa. 35. Et ambula
būt q liberati sunt ꝛ redēpti a do-
mino. conuertēt ꝛ veniāt in syon
cū laude ꝛ leticia sempiterna sup
capita coꝝ. Gaudiū ꝛ leticiā obti
nebūt effugiet dolor ꝛ gemitus.
Et ysaie. 51. Ego ego ip̄e consola
bor vos. Qui ꝛ promisit. Jo. 16.
Adhuc multa hēo vobis dicere:
s. i celo: sꝫ nō potestis portare mo
do. ¶ Probat ergo ꝯclusio pri-
mo iducta secūdo. 4°. ad primaꝫ
partē: auctoritate Je. 50. Appo-
nent ad dn̄m sedere, sempiterno:
qd̄ nūq̄ obliuione delebitur. Ex
quibus verbis apparet ꝙ beatitu
do sanctoꝝ: quā in deo incarnato
q° ad vtrūq̄ hoiēꝫ possessuri sunt
sempiterna debeat esse. Aliter nō
esset eterna vita. Eternū. n. est: qd̄
nunq̄ cessat. Cū auteꝫ essentiale
premiū auditus: oporteat esse xp̄ꝫ
deū vt dictum est per suā allocu-
tionē ꝛ cantū: oportet de necessi-
tate: ꝙ hoc sine cessatōe fiat. ¶ Et
quidē hoc ita generalr̄ dictū: pa-
rū mouet. Sꝫ si in speciali hoc cō
sideremus: iueniemus circa hoc
plurimas difficultates. Tū ex ꝑ-
te xp̄i. Tuꝫ ex ꝑte sanctoꝝ ipsum
xp̄m audientiū: ꝛ in ipso letantiuꝫ
¶ Ex parte aūt xp̄i: non facit diffi-
cultatē in cōtinuatione lassitudo
corporalis: q: fugiet dolor ꝛ ge-
mitus: vt dicitur ysa. 35. ꝛ. 51. Et
ysa. 40. Qui aūt sperant in domi
no mutabunt fortitudinem: assu
ment pennas de aquila: current:
ꝛ non laborabunt: ambulabunt ꝛ
non deficient. ¶ Nec ꝛ facit diffi-
cultatem: ꝙ continuatio vnius
actus: fastidiuꝫ hic generat: quia
hoc accidit ratione temporis qd̄
numeratur in duratione actus.
Sed ibi vt dicitur Apoca. 10. tē-
pus vltra non erit. ¶ Nec ēt facit
difficultatem: ꝙ hic multa occu-

patio circa vnum actum: tollit vigorem ꝛ perfectionem aliorum actuū: iuxta illud quod exponit 1ª 2ᵉ. q. 12. ar. 3. o. ꝛ. q. 37. ar. pº. cū pluribus intentus: minor ē ad singula sensus. q2 hoc accidit in presenti: vbi corpus nō hꝫ perfectam obiectam ad aiam. Sed ibi ꝑ dotem spiritualitatis fiet corpus ita obediēs ad nutū anime: ꝙ oēs appetitus suos poterit aīa simul per corpus suā volūtatem adimplere. Ecce ergo ꝙ remouimus tres difficultates: que superficialiter videbantur impedire continuationem cantus: Que sicut nō impediunt xp̄m: ne possit ꝯtinuare actū ita nō īpediunt audientes: ne possint continuare auditum. s. nec lassitudo: nec fastidium: nec occupatio. Naꝫ sancti sil' exercebūt actū auditus cū magna iocūditate: ascultādo xp̄m cantantem ꝛ actum cātandi: ꝛ iubilabunt ēt ipsi: quia anima habebit corpus in oī dominio: ꝛ poterit eo vti ad omnia: pro sua voluntate. ¶ Huius signū est Ezech. pº de illis animalibus que vbicūqꝫ erat impetus spūs: illuc gradiebantur. ¶ Jam itaqꝫ hiis exclusis: occurrunt alie tres difficultates fortiores: circa durationē ꝛ perpetuationē istius leticie que erit in cantu xp̄i. ¶ Prima est qūo semꝑ durat vna res: que nūꝙ̄ est vna. Nam si in successione sit: ꝛ vna pars alteri recedenti adueniat: nunqꝫ pōt dici de aliquo. particulari cantu: ꝙ semꝑ duret ymo semper ē alia ꝛ alia pars. Et sic premiuꝫ essentiale variabitur. Quod est inconueniēs. ¶ Ad istā difficultatē dicitur: ꝙ tota vniuersitas actuum: accipit ꝓ vno essentiali premio: cui corrīdet vna delectatio numero: ꝯtinua: ꝛ perpetua in auribus beatoꝝ. Nec ē hoc extra ꝯsuetum: apud homines: tā in naturalibus ꝙ̄ in moralibus ꝛ ciuilibus: ꝛ artibus. Naꝫ vna numero vniuersitas censetur venetorum hodie: ꝛ iam mille annis: ꝫm iura: ꝙ̄uis multi qui erant pars vniuersitatis decesserint: ꝛ alii loco illoꝝ successerint. ¶ Similiter censetur vna numero nauis durare ꝑ multos annos: ꝙ̄uis multe tabule fracte deponant: ꝛ loco illarū: alie subrogentur. ¶ Itē vnus numero hō: manet idēꝫ per multos annos: ꝙ̄uis partes eius ꝫm māȝ fluāt ꝛ effluāt: vt dicit phus in primo de generatione. pꝫ ergo difficultas ista: q2 nō impedit essētiale premium. ¶ Secunda difficultas est: quomodo potest durare cantus: ꝛ esse delectabilis: cum ars musice: multotiens requirat aliquas pausas. Et tunc patet: ꝙ cessat cantus. Et sic non semper durat. Nam si ista interpollatio esset in intellectu circa obiectum beatificum: intellectus nnn esset beatus simpliciter. Ergo a simili nec sensus auditus. ¶ Dicēdū est ad hoc: ꝙ in sanctis nō sunt volubiles cogitationes sed continue. Et sic est de visu ita ꝛ auditu opꝫ

dicere: quod non interpolletur. ¶ Et cum dicitur quod vi3: quod auditus nō possit esse perfecte beatus: ex quo obiectum suum maxime delectabile. non est semper. ad hoc dicitur: quod sicut motus corporum celestium magis est regularis quam motus corporum inferiorum. ita non inconuenit. quod duratio premij essētialis inferioris potētie. sit minus regularis. quam duratio premij essētialis superioris potentie. Nec requiritur equalitas simpliciter. Sed sufficit quod sicut visus habet ibi obiectum semper durans. scilicet qualitates visibiles. eo modo quo illis conuenit semper durare. scilicet sine pausarum interpollatione. ita et auditus habeat ibi obiectum suum semper durans. puta cantum vel biscantum. eo modo quo ei conuenire potest semper durare. scilicet cum pausarum interpollatione: dummodo non credatur hoc fieri ex necessitate respirationis: que ibi nō habet locum: vt prius dixi: sed solum requiritur pausarum interpollatio ad armoniam perficiendam. Et sic patet ad secundam difficultatem. ¶ Tertia difficultas est difficillima. scilicet quomodo potest semper durare cantus christi: cum scilicet dictum sit: quod loquitur etiam in plana voce et submissa. Nunquid simul loqui potest voce plana et bassa: et etiam cantare. Hoc omnino videtur de numero impossibilium.

¶ Ad istam difficultatem dicitur quod ipse dominus iesus dixit Math. 19. Mar. 10. et Lu. 18. Ad impossibile est apud homines: possibile est apud deum. Et non est hoc difficile si notetur istud. scilicet quod sonus non habet in istis inferioribus aliquam per se causam vt superius dictum est: quod solus deus per celestem influentiam est causa per se: motu percussionis: et fractione: et instrumentis concurrentibus solum ad determinationem vniuersalis cause. quibus omnibus amotis deus potest causare sonum. Ideo sicut hic format sonum ad motum organi ita et ibi formare potest: et postea potest cantum illum conseruare semper absque motu organi et etiā absque subiecto: ut facit in sacramēto altaris. Et potest esse cantus cum multa varietate. et diuersitate notarum biscantus: vel alterius armonie. sicut conseruatur aliquando sonus tibie in tibia. vel symphonie in symphonia: absque noua insufflatione. et sic etiam remanebit in libertate lingua et guttur christi nichilominus. et loquetur. Et vnus sonus alium non impediet: quia vnus erit in subiecto scilicet sonus locutionis. et alius extra subiectum scilicet sonus cantus. Tota autem difficultas non videtur aliunde oriri: nisi quod videbatur non posse esse idem subiectum vtriusque actus scilicet loquele et cantus. Hoc autem da

to. scilicet modo predicto. erit si-
mul locutio ⁊ armonia mirabilis
⁊ concentus melodie celestis. ex
ore christi procedens. ⁊ omne ali-
ud audibile totius vniuersi exce-
dens. ¶ De septiformi reformati
one audibilis in patria.

Quarta conclusio sit ista. Septiformis au-
dibilis reformatio mirabiliter de
lectationem auget. que est secun-
dum auditum corporum beato-
rum. ¶ Prima reformatio licet
per accidens est in verborum si-
gnificatione. Quanto enim ver-
ba magis delicate prolata sunt. ⁊
magis amicabilia. ⁊ intensiorem
amorem significantia: tanto plus
delectant auditum. licet delecta-
tio illa perficiatur in altiori poten
tia. Sed in futuro statu: verba sā
ctorum adinuicem. cum hoc ꝙ
erunt delicatissima. erunt etiam
multum propria ⁊ expressiua in-
tensissimi amoris ⁊ caritatis eo-
rum. que in immensum erit per-
fectior ꝙ̄ in via. ¶ Qua autem lin
gua locuturi sumus nescio. Hoc
tamen scio ꝙ poterimus quicqd
voluerimus. Et scientia omniū
linguarum erit in nobis omni-
bus. Et puto ꝙ sicut propter pec
catum diuise sunt lingue. sic ⁊
per resurrectionem. ⁊ gloriam
vnientur. vel in illam primam
que ante peccatū erat. vel vt ego
puto in longe meliorem a simili.
quia secundum beatum Thomā
in secundo sententiarum dist. 29.
q. 3. dona dei conspectu defe-
ctus. vt gratia signorum vel gra
tia linguarum non fuissent in sta
tu innocentie: sed alia habundan
tius. Ideo dominus ait Sopho
nie. 3. In igne zeli eius scilicet dī
deuorabitur omnis terra: quia
consumationem cum festinatione
faciet cunctis habitantibus ter-
ram. ¶ Secunda reformatio est:
in organorum emundatione. Cer
tum est enim ꝙ in gutture ⁊ labi
is ⁊ lingua: ⁊ arterijs sanctorum
nulla erit asperitas. quia sicut to-
tum corpus gloriosum erit posi-
tum ⁊ tersum. ita ⁊ ille partes. in
tantum vt assimilentur cymbalis
bene sonantibus. vt dicitur ps.
vl. ¶ Tertia reformatio est in im
pedimentorum ablatione. q2 non
erunt ibi reumata vel catarri. ne-
q3 superfluitates ciborum ⁊ potu
um: que hic multotiens destruūt
voces ⁊ cantores. Sed non sic
erit in patria. Unde Ysa. 58. Et
sanitas tua citius orietur. i. perfe
ctius. ¶ Quarta reformatio est:
in sonorum supernaturali clarita
tis perfectione. sicut etiam di-
ctum est de supernaturali perfe-
ctione lucis. ¶ Nec obstat si dica
tur: ꝙ non est simile. Quia clari-
tas lucis ⁊ coloris ornat corpus
gloriosum ⁊ correspondet clarita
ti anime. a qua procedit claritas
lucis corpalis q̄ colores clarificat
Uoces āt clarificatio nullam hȝ
talem cām. aut finalē. aut efficien
teȝ. Igitur ⁊c. ¶ Ad hoc dicitur

primo quo ad finez q est consimi lis claritas in vtroq;. Nam vox clara ornat loquelam: cantum et discantum: et eloquentiam: que est magnus ornatus hominis. Unde in hymno aduentus in laudibus. Uox clara ecce itonat etc. Et si delectabatur Gregorius et Ambrosius. et alij sancti in voce clara in ecclesia cantando hymnos et dei laudes: quanto magis ibi. ¶ Secundo quo ad causam efficientem dicitur: q anima nō est causa necessaria efficiens claritatis corporis. Nam si hoc esset tunc christus semper habuisset corporis gloriosum. Quod tamē non fuit. Sed deus claritatem corpori donat: mediante anima non propter gloriam anime tāq; propter finem proximum: neq; etiam propter ornatum corporis gloriosi principaliter: q̄uis hec omnia consecutiue se habeant: sz propter refectionem visus proprij et visus aliorū. quia oportet omnem sensum beatificari ex proprio actu. Et similiter est in proposito quia clarificabitur vox propter refectionem auditus: tam in cantantibus q̄ in audientibus. Unde cantamus in officio dedicationis ecclesie. In ciuitate domini clare sonant iugiter organa sanctorum etc. Nam sanctus Gregorius et sanctus Ambrosius ordinauerunt ecclesiasticum cantum Et maxime vtimur cantu sancti Gregorij. qui etiam papa docebat clericos cantum: Nunquid credimus q quando anima eius corpus resumet: nesciet: aut nolet aut non poterit clarius et melius se et alios delectare: cantando: q̄ hic totam ecclesiam letificauerit. Absit. ¶ Quinta reformatio est in resonantia meliori: que. s. causatur a reuerberatione. Patet autem q circa christum: corpa sanctorum conglobata: sicut se inuicem illustrabunt: reuerberando radios lucis etiam sic se inuicem letificabunt per suarum vocum ad inuicem claritatem: et ad celestia corpora. Erunt enim spere celestes etiam in omnibus meliores et repercussio ad eas: resonantiam faciet Jocundissimam. ¶ In cuius figuram dicitur in arabico. Ysa. 28. Manifestabunt sanctum Jacob: et euangelizabūt deum israel: et accipient ignorantes scientiam: et musici scient leges. Et Dauid in arabico. ps. 88 Beatus populus qui scit cantilenam. Domine in lumine etc. Et similiter in huius cantilene figuram: legitur de Dauid. i. Paral. 15. Dixitq; Dauid principibus leuitarū: vt constituerent de fratribus suis cantores in organis musicorum: nablis videlicet. et liris et cymbalis: et resonaret in excelsū sonitus leticie. Et ibidem dicitur q ipse met rex in deductione arche: erat inter eos cātans et ludēs in cantu et sono. Et Michol vxor sua despexit eum in corde suo ita

forte despiciunt me hodie: quia ta lia dico esse in futuro seculo in christo ⁊ in sanctis. Sed caueant tales ab ira dei: quia Dauid sicut non cognouit eam amplius ita ⁊ isti tales a deo despiciantur. Naz nisi credideritis non intelligetis vt dicitur Ysa. 7. ¶ Sexta refor matio est: in consonantia armoni ca. Unde in secretis secretorum dicit Ari. ꝙ in variis instrumen tis: ⁊ generibus musicorum: ani ma humana naturaliter delecta tur. Et quis dubitat: ꝙ scientia musicalis non deficiet in sanctis Nam vt dicit Gregorius: in se cundo dyalogorum. Quid est qđ non videant: qui videntem om nia vident. Et sanctus Thomas in. 3. contra gentiles capitulo. 57. allegat hanc auctoritatē sub hijs verbis dicens. Quid est quod ne sciant: qui scientem omnia sciūt. Item Augustinus in. 17. de ci. dei capitulo. 14. dicit de dauid. Erat autem dauid vir in cāticis eruditus: qui armoniam musicā non vulgari voluptate: sed fideli voluntate dilexerit: eaq; deo suo qui verus est deus: mistica rei ma gne figuratione seruierit. Diuer sorū. n. sonorū rationalis mode ratusq; concentus: concordi va rietate: compactam bene ordina te ciuitatis insinuat vnitatem. Unde scient melius q̄ȝ pictago ras. Boetius: ⁊ omnes musici cō sonantias: fracturas vocum ⁊ co loraturas: ⁊ ista omnia. Unde da ta agilitate corporum beatorum que faciet linguam ⁊ organa ex pedita: ⁊ data organoruȝ optima dispositione: ⁊ data pfecta scien tia artis musice: ⁊ dato amor̄ ma gno ⁊ intensissimo deum laudan di: ⁊ se inuicem exorrādi: quis du bitet armoniam ibi esse dulcissi mam. Ideo ⁊ nos dicimus in hymno dedicatiōis ecclesie. Om nis illa deo grata ⁊ dilecta ciuitas tota modulis in laude: cū canore iubilo: ternuȝ deum vnicunq; cū fauore p̄dicat. ¶ Septima refor matio est: q̄ sequitur ex premissis .s. inestimabilis suauitas: ⁊ incō parabilis oi suauitati que in hoc mūdo eē aut intelligi possit. Un de sicut pulchritudo colorū erit lōge maior. q̄ vt predictū est: con sequitur ex reformatione corpoꝝ beatorum quo ad lucē: colorē ⁊ p portionē: ⁊ staturā: ita ⁊ suauitas vocum erit lōge maior: pueniēs ex oibus hijs. 7. que dicta sunt. Unde Eccl'. 40. Uinum ⁊ musi ca letificat cor: ⁊ super vtraq; dile ctio sapientie. Tibie ⁊ psalterium suauem faciunt melodiam: ⁊ sup vtraq; lingua suauis. ¶ Exem pla ad hoc sunt plurima. Primo in vitis patrum legitur: ꝙ quidā monachus nomine frater Nicho laus vt narrat sanctus Uincenti us: semel cum quibusdam sociis cum licētia abbatis iuit extra mo nasterium ad quedam loca remo tiora: recreationis gratia. Et cuȝ illuc aduenisset: ecce angelus do

mini in specie auicule pulcherrime: ad partem apparuit ei. Cuius cantum frater Nicholaus insecutus: socios dimisit. Qui aduenientes sero eum inquirentes & minime inuenientes: ad monasterium reuersi: nunciauerunt abbati ea q̄ acciderant. Post retentos igitur annos. Auis disparuit: & frater Nicholaus in se reuersus ad monasterium rediit. Cūq; appropinquaret claustro: & videret muros quasi omnes corruisse: & monasterium vetus: pre admiratione ait. Ubi sum ego: Nonne hoc mane cum talibus fratribus hinc recessi. Et pulsans ad portam: petiuit portarium vt apperiret. Qui cuȝ quereret quis esset: miratus de interrogatione dixit. Nunquid non cognoscis fratrem Nicholaum qui hoc mane hinc exiui: & quid sibi volunt hec omnia. Ubi iest talis abbas: & tales fratres qui hoc mane mecum exierunt. Tandem videns abbas q̄ hoc erat aliquod miraculum q̄ deus fecerat: cum quesiuisset quis tunc erat abbas: & qui essent tunc fratres quando recesserat: inuenerunt in libro monasterii: q̄ tali & tali die & anno: talis frater Nicolaus exierat monasterium recreationis gratia: & nunq̄ fuerat inuentus &c. Et si ista suauitas cantus: fuit tanta: vt hunc fratrem tot annis reficeret: quanta erit illa suauitas que in eternum durabit. ¶ Iteȝ legitur de sancto francisco in floretis ei⁹ q̄ dum semel infirmaretur grauiter apparuit ei angelus cuȝ instrumento quod vocatur viola. Et cum semel super eam traxisset manum: spiritus beati francisci taliter fuit ex illa suauitate soni absortus q̄ si angelus: iteruȝ semel traxisset manum super violam: anima totaliter exisset e corpore Quanto magis erit delectatio soni in patria. ¶ Iteȝ de beato Augustino in officio suo dicitur. Flebat autem vberrime in hymnis & canticis suaue sonantis ecclesie vocibus vehementer affectus. voces igitur ille influebant auribus eius: & eliquebatur veritas in cor eius: & fluebant lachryme: & bene illi erat cum eis. vulnerauerat caritas xp̄i cor eius & gestabit in visceribus verba eius quasi sagittas acutas &c. Ascendenti a conualle plorationis & cantanti canticū graduum dederat sagittas acutas. Si ergo tanta suauitas est in via: modo quid erit in patria. ¶ Unde sponsus christus iesus vocat sponsam ecclesiam in resurrectione vltima dicens. Surge propera amica mea: columba mea: formosa mea & veni &c. in cauernis terre. i. que non latitas in sepulchris. Et sequitur. Ostende mihi faciem tuam: sonet vox tua in auribus meis: vox eniȝ tua dulcis: & facies tua decora. Can. 2°.

¶ De hiis que conferunt ad augmentum delectationis s̄m auditum in patria.

Quinta conclusio sit ista. Comodi pristini restitutione: sensusq; acumine: nec non & varia multitudine obiectorum: delicie sensus auditus augẽtur. ¶ Prima pars conclusionis sic declaratur proportionabiliter. Quia hoc ratio dictat: & auctoritas Ysa. 30. sonat vbi dicit: Erit lux lune sicut lux solis. dicit glosa: inter lineas q omnia propter hominem facta sunt: & in eius lapsu peiorata sunt. Quod secundũ beatum Thomam & alios saltẽ quo ad comodum intelligitur. s. non q luna perdiderit de lumine sed q homo non tantum comodum percipit post peccatum. Et potest dari de hoc tale exemplum Clarum est enim q deus est vnus in se: & q est obiectum intelligibile omnium beatorum. Et tamen non omnes de visione dei equaliter beatificantur: vt patet. 1ª. q. 12. ar. 6. o. q non omnes eque hoc meruerunt. ¶ Similiter corpus christi iesu est pulcherrimum obiectum omnibus beatis ad videndum: nec minorem claritatẽ habet: dum videtur ab oculis corporeis Dauid vel Moysi: si iam in celo sunt: q̃ cum videtur ab oculis beate virginis. Et tamen minus beatificatur Dauid in videndo corpus christi q̃ beata virgo. Ita etiam Adam minus sublevabatur a lumine lune. Ita etiam forte tantum tunc a luna: quã tum post peccatum a sole. Oportet autẽ omnia meliorari. Ergo forte in statu innocentie tantum comodum habebat Adam: audiendo cicadam: quantũ nunc habeamus audiendo philomenam Et ista ratio debet omnibus sufficere: q: vt patet: post peccatũ multorum animalium clamor: offendit aures: vt rudire Asini: rugitus leonis: & similia: que in statu innocentie nullam prebuissent offẽsam: sed comodum & delectationem. Oportet igitur omnia restitui: vt de sonis & vocibus vel similibus beati maius comodum recipiant & delectationem incomparabiliter q̃ de quibuscunq; sonis vel vocibus delectabilibus & vel similibus: possit in hac vita recipi. Et ideo forte ob hoc dictum est. Can. 2°. Vox turturis audita est in terra nostra. ¶ Secunda pars conclusionis etiam declaratur proportiõabiliter. videlicet q sensus auditus tunc sit melioratus ad accutius audiendũ: q̃ in presenti statu: vbi in auditu Aper nos superat. ¶ Consistit autẽ hec melioratio in tribus. s. in augmento perfectionis intrinsece. In subtilitate spirituum q deseruiunt sensitiuis operationibus. Et in emũdatione organorum ab omni impedimento: vt supra dictum est: ¶ Et hoc dictat ratio comunis. Quia si omnia propter hominẽ in illo statu debent meliorari: ipse quoq; homo in omnibus partibus suis meliorari debet. Unde

Dauid in ps.39. qui incipit. Expectans expectaui dominum: vbi videtur multa de futura resurrectione predicere: dicit. Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua: et cog.t. non est qui simit tibi. Annunciaui et lo.sū.mul. sunt super numerum.s. in beata vita. Ubi sacrificium et oblatiōem noluisti: ponit preteritum pro futuro. Aures autem perfecisti mihi.s. ad acutissime audiendum: suauissimam tuam et aliorum vocem. ¶ Tertia pars conclusionis proportionaliter etiam sicut et alie ostenditur. Quia non solum plura specie et numero successiue sed etiam multo plura quam hic contingat audire: incomparabiliter audient sancti. Quod ad magnā delectationem confert: cum nulla dissonantia: sed maxima consonantia ibi erit et perfectissima in voce christi et beatorum. Nam vt dictum est: ibi non solum spiritualiter: sed corporaliter etiam sancti laudabunt deum. Tum vt exerceant suas virtutes et scientias armonie. Tum etiam vt deo offerant vitulos labiorum suorum: vt dicitur Osee.14. Tum vt glorificent deum suum omnibus modis sibi possibilibus. Nam si gaudebat Ysaias in visione videns seraphyn clamantia alterum ad alterum vt cōmota sint super liminaria cardinum a voce clamātis Ysaia.6. quomodo credimus quod nunc spiritus eius non cantet: et desideret corpus suum: vt corporaliter quoque deo suam vocem exhibeat: et deum in fortitudine laudet: cui dictum est viuenti in carne. Clama ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam: exalta: noli timere. Ysa.58. Et sicut ad delectationem visus: confert diuersitas visibilium: ita non est dubium: quod multum confert ad delectationē auditus tanta et tam suauis atque continua diuersitas audibilium. ¶ Nec oportet dubitare an plures actus audiendi vel videndi possint esse simul: sicut et intelligendi saltem supernaturaliter. Nam hic naturaliter: intellectum intelligere plura simul potest intelligi dupliciter. Uno modo simul tempore proprie sumpto. Et sic non potest. Alio modo simul tempore theologo.s.secundum successionem seu vicissitudinem. Et hoc dupliciter. Uno modo quod intelligat plura simul: per modum plurium. et sic non potest simul sed successiue vel vicissim vt dictum est. Alio modo per modum vnius. Et sic potest plura simul tempore etiam proprie sumpto intelligere vt dicitur a beato Thoma in prima parte.q.85.ar.4. ¶ Similiter duas formas seu duos actus esse simul in eodem naturaliter. potest intelligi dupliciter. vt patet per beatum Thomam in de veritate q.8.ar.14.c. Uno modo in potentia. Et sic due forme seu duo actus possunt esse simul in eodē.

Et sic dicit phylosophus quinto physicorum. ꝙ vbi est vnum contrariorum ibi est ⁊ reliquum. s. in potentia. Alio modo in actu. Et hoc dupliciter. Uno modo in actu completo ⁊ perfecto. Et sic duas formas seu duos actus eiusdem generis impossibile est esse simul in eodem subiecto naturaliter. Alio modo ꝙ vnum accidẽs eiusdem generis sit in eadem potentia ſm esse actuale. Et sic naturaliter potest esse simul. Sed supernaturaliter possunt etiaꝫ actu completo esse simul. Nam sicut angelus potest simul audire. i. intelligere plures sibi loquentes ꝓcipue btõs: vt ait sanct⁹ Tho. in ꝭo sententiaruꝫ di. xi. q. 2. ar. 3. ad. 4m. ita ⁊ beati poterunt supernaturalr̃ simul audire distincte plures voces in actu completo existentes. Similiter dicendum est in proposito. Nam quecunqꝫ possunt naturaliter ⁊ successiue esse in eodem: ⁊ non implicant cõtradictionẽ: nulla rõ ẽ: qn ẽt ĩ patria possint ꝑ diuinã ꝟtutẽ eẽ simul. ſꝫ duo vel plr̃es act⁹ ĩtelligẽdi. s. deũ ⁊ creaturas: possũt esse ĩ eodẽ ĩtellectu successiue nãliter. Ergo sil' in beatis. Et sicut est ꝺ intellectu sic etiam dico pariformiter. ¶ Sꝫ hic moueo dubium contra predictam proportionabilitatem. ¶ Et primo arguo sic. Nam ſm ꝙ augetur lux corporum gloriosoruꝫ ita proportionabiliter augetur claritas vocum, vt sit ibi vox altissina per modum clamoris'. vt videntur dicere verba ysaie predicta. Tunc sequitur ꝙ non ꝓportionabitur auditui. q̄ sensus delectatur in mediocri ⁊ in excessu tristatur. ¶ Secundo q̄ ſm physonomiam. vox mediocris est signum bone dispositionis anime excessiua vero non. ¶ Tertio. q̄ non videtur conuenire communibus dictis doctoꝝ. Dicimus. n. de virginibus. Quocunqꝫ pergis virgines secuntur atqꝫ laudibus post te canentes cursitant: hymnosqꝫ dulces personant. ¶ Ad primũ ḡo dicitur ꝙ mediocritas non intelligitur per equedistantiam: Sed per proportionabilitatem. Modo in futuro statu: voces alte ⁊ clare erunt: non excessiue: sed conformes illi statui. ¶ Ad ſꝫ dicitur ꝙ ars physonomie non se extendit ad signum supernaturaliũ perfectionum: que sunt alterius perfectionis ⁊ gradus ab istis: ꝑ quas figurantur quedam qualitates quas melius est esse ꝙ̃ non esse in illo statu. Ideo non valet ratio. ¶ Ad tertiuꝫ dicitur. ꝙ vox tubalis importat grossiciem istrumenti. Sed ille voces erunt, delicatissime: sicut exiget ille status.

¶ Explicit tractatus: de auditu in patria.

¶ Incipit tractatus de odoratu.

h Odie sapiem⁹ vnã aliã capsulã celestiũ thesauroꝝ: in q̄ sunt ẽt q̄dã iocalia ma

gnam delectationem conferentia
odoratui beatorum ex parte nari-
um corporaliu3. De quibus tres
conclusiones adducemus in me
dium. ¶ Prima conclusio sit ista
Sensus odoratus: qui exercetur
per nares: habebit proprium ol-
phaciendi actum in corporibus
beatorum. Probatur auctoritate
quam adducit beatus Thom. in
4. di. 44. q. 2. de impassibilitate.
ar. i. q. 4. c. Ubi sic ait. Odor qui
est obiectum odoratus: erit ibi in
patria: cu3 ecclesia cantet: ꝙ odor
suauissimus erunt corpora sancto
rum. Et ratio est pro isto sensu si-
cut pro alijs: ne dicatur illud ps.
113. Nares habent ⁊ non odora-
bunt: sicut dicitur de ydolis. Nã
si homo totus erit: ⁊ quelibet ps
perfecta erit. ¶ Et pro exemplo ꝑ
locum a contrarijs: videtur addu
cendum illud Apoca. 14. vbi dici
tur. Si quis adorauerit bestiam
⁊ ymaginem eius ⁊ acceperit ca
racterem in fronte sua; aut in ma
nu sua: hic bibet de vino ire dei:
quod mixtum est mero in calice
ire ipsius. Et cruciabitur igne ⁊
sulphure in conspectu angeloru3
sanctoꝝ ⁊ ante conspectum agni
⁊ fumus tormentorum coru3 de
scendet in secula seculorum. ¶ Et
expressius Ysa. 34. Interfecti eo
rum proiicientur. ⁊ de cadaueri
bus eorum ascendet fetor. Et ps.
10. Ignis: sulfur: ⁊ spiritus pro
cellarum pars calicis eoꝝ. Tũc
sic. Non est maior ratio cur deus

sit habundans in puniendo ma-
los secundum omnes sensus cor
poreos: ꝙ in premiando bonos.
Sed mali punientur per fetore3.
Ysa. 34. Igitur boni premiabun
tur per bonum odorem. Punit
enim deus citra: ⁊ premiat vltra
condignum semper: vt volũt san
cti. ¶ Sed circa hanc veritatem
oportet tria dubia ďclarari. ¶ Pri
mum pertinet ad subiectum in
quo fundabitur odor. ¶ Secun-
dum ad medium: per quod diffũ
datur. ¶ Tertium ad modũ quo
recipietur. ¶ Quo ad primum
clarum est. ꝙ subiectum odoris
non erit celum. q: secundum phi
losophum in libro de sensu ⁊ sen-
sato: odor est natura Enchimi sic
ci in humido. Unde requiritur
siccitas ⁊ humiditas ad odorem
Sed in celo non sunt qualitates
iste sensibiles. q: ibi nulla est alte
ratio. Nam elementa simplicia
per eandem rationem ibi nõ sunt
q: odor requirit mixturam sicci ⁊
humidi. Nec etiam elementata
sunt subiectum odoris illius. q:
tunc omnia cessabunt: preter hu-
mana corpa. Nec ẽt corpora dã-
natorum erunt subiectum illius
odoris. q: fetebunt: sicut dictum
est. Nec etiam corpora beatorum
vt videtur: erunt subiectum illius
odoris. s. ꝙ possint eẽ odorifera:
quia vbi est mixtio contrariorum
ibi potest eẽ resolutio: vt dicit phi
losophus in primo de generatio
ne. Uidentur. n. mixtibilia ex se-

peratis conuenientia: ⁊ possibili
bus separari. Ergo corpora san-
ctorum essent resolubilia: ⁊ per
consequens corruptibilia. ¶ Ad
hoc dicendum: prout recitat Au
gustinus in. 22. de ciuitate dei ca
pitulo. 26. contra porphyrium:
qui dixit beatis animis omne cor
pus eẽ fugiendum. Plato sensit
oppositum cum introducit pñtem
deorum dicentes eis. Dij eorum
quorum opifex paterq; ego natu
ra quidem vestra dissolubiles vo
luntate autem mea sunt perma-
nentes: qꝛ voluntas mea maior ē
nexu vestro. Et clarum est ꝙ lo-
quitur de his dijs: quos dixit eẽ
corpore aereos: mente autem in-
tangibiles. A simili dicimus: ꝙ
dos impassibilitatis dãnata san-
ctis: faciet eos incorruptibiles: li
cet habeant veras carnes: compa
ctas ex humido ⁊ sicco. calido ⁊
frigido. reductis ad proportionē
optimam. Unde ⁊ sunt idonea vt
sint odorifera. ⁊ suauissima. aufe
rente deo omnem impuritatem.
⁊ tribuente eis omnem perfectio
nem. ¶ Quo ad medium: dubi-
tatur similiter. qꝛ mediuȝ non vi
detur esse conueniens. qꝛ non est
receptiuum peregrine impressio
nis: cuiusmodi est odor. Nec aer
est ibi nisi modicus forte necessa-
rius ad implenda corpora beato-
rum quo ad loca vacua sicut di-
cit beatus Tho. in quarto d. 44.
q. i. ar. 2. q. i. ad 2m ꝙ itestia corpo
rum beatorum: erunt plena hu-
more nitido ⁊ suauissimo ⁊c. Sȝ
hoc non sufficit ad pertingenduȝ
ad beatorum nares vbiq; existen
tes: quia aer ille non est extra cor
pora beatorum. Unde non perci
pietur odor: vel saltem non om-
nis: ex defectu medij vt videtur.
Igitur ⁊c. ¶ Ad hoc dicitur: ꝙ
medium non est necessarium: ni
si celum. Et dico ꝙ non est proba
tum quod odor ita sit peregrina
impressio quin possit per celum
secundum intentionalem specie
rum multiplicationem diffundi
sicut ⁊ lux de qua certuȝ est: quod
per celum ad oculos venit. Sed
hoc in declaratione tertie questio
nis plus patebit. ¶ Quo igitur
ad tertiuȝ dico. ꝙ ē duplex modꝰ
recipiendi odorem. Unus est su
pernaturalis sicut in alijs sensibꝰ
per species influxas: ratione mul
torum odorabilium: que tunc tē
poris non erũt: sicut cynamomuȝ
balsamum. ⁊ alia huiusmodi.
¶ Circa quem odorem. possumꝰ
conformiter alijs dicere: ꝙ non
obstabit distantia. vel situs vel in
tercidium. ¶ Alius modus est na
turalis. s. recipiendo species ab
obiecto. ¶ Et iste videtur habere
difficultatem vnam. Dicit enim
phylosophus in li. de sensu ⁊ sen
sato. ꝙ odor est fumalis euapora
tio. Que cum non possit sine re-
solutione fieri. sequeretur corru-
ptio in corporibus beatoꝝ. ¶ Ad
hoc dicitur ꝙ sanctus Tho. di-
cit oppositum. ⁊ probat in quar-

to di.44.q.2.ar.1.q.4.ad tertiũ:
Experientia enim docet ꝙ vultu
res ⁊ aquile.a remotiſſimis locis
currunt ad cadauera. Job.39.
Pꝛocul odoꝛatur bellum ⁊ce.ſe-
quitur. Jnde contemplatur eſcá
⁊ de longe oculi eius proſpiciũt.
⁊ vbicunq₃ cadauer fuerit ſtatim
adeſt. Quod poteſt eſſe. etiam ſi
totum cadauer reſolueretur ⁊ fu-
mus fieret vel pauoꝛ. Unde neceſ
ſe eſt.ꝙ odor immitet ſpirituali-
ter.¶ Et ſi aliqua ibi euaporatio ẽ
propter cadauer ad modicum.h
contigit quia odor eſt ab humidi
tate ſuppreſſus.⁊ ſine exalatione
ſentiri non poteſt. Unde ⁊ com-
mentatoꝛ dicit ſuper librum de
ſenſu ⁊ ſenſato.ꝙ ad bellum Tro
ianuz propter occiſa coꝛpora.per
quingenta milliaria venerunt tri-
gides ⁊ vultures. Que etiam ſi
reſoluta fuiſſent in vaporem. vel
ignez.poſſibile non fuiſſet. Jdeo
non eſt neceſſaria reſolutio. niſi
vt dictum eſt.ratione aſperſionis
humidi ſupprimentiſ. Et ad hũc
intellectum loquebatur Ari. Et
hoc patet in aromatibus.que vi-
dentur plus odorifera trita. non
quia acquirant aliquid per tritu
ram vt dicit Albertus magnus.
ſed quia detegitur ſiccum eoꝛum
vt facilius ad nares perueniat.
Modo in patria omnia erunt con
formia decentie illius ſtatus.deo
operante ⁊ ducente naturam ad
ſtatum optimum. Unde ibi non
erit humidum ſupprimens, ideo
nulla exalatio fumalis erit neceſſa
ria: ſed ſola multiplicatio ſpecie-
rum intentionaliũ a corpoꝛe odo
rifero beatorum: perueniet a quã
tacunq₃ diſtantia: ad nares quo-
rumlibet beatoruz. ¶ De obiecto
gratiſſimo odoratus: quod ẽ cor
pus chriſti in patria.

Secunda conclusio ſit
iſta. Domi-
nus ieſus: ſecundum corpus eſt
gratiſſimum odorabile inter om
nia odorabilia totius mundi.
Probatur auctoritate. Can.1.In
odorem vnguentorum tuorum
currimus: adoleſcentule dilexerũt
te nimis ⁊c. Et vocat adoleſcen-
tulas. omnes humanas creatu-
ras: que inter electos ꝯputabant.
¶ Ubi demõſtrat rõ ꝯcluſiõis di
cte qꝛ.ſ.ipſe xp̃s ẽ obiectũ adole-
ſcẽtulaꝝ.i.hoiuz inouatoꝝ tá ma
riũ q̃ȝ feminaꝝ i futuro ſtatu. Ob
iectũ dico ẽ xp̃s ſ₃ corp⁹.btificãs
oẽs potẽtias ſẽſitiuas corpoꝝ btõ
rũ. Et qꝛ obm ẽẽntiale d₃ e ẽ opti
mũ ideo ſicut pulchritudine xp̃s
alios excedit.⁊ in vocis dulcedi-
ne.vt beatificet viſum ⁊ auditum
ita pariformiter excedere debet
omnes alios in odore.vt beatifi-
cet odoratum ſiue olfatum.¶ Et
quia dicit in odorem vnguentoꝝ
in plurali eſt diligenter aduerten
dum ꝙ odoꝛ corporis chriſti ⁊ ſã
ctorum: non erit odoꝛ: ſicut vni⁹
ſimplicis aromatis: puta Cyna-
momi ſolius: vel balſami: eo ꝙ
perfectio odoris conſiſtat in mix

tura. Et quia ibi erit odor secundum perfectissimam rationem odoris: sicut et omnia alia ibi erũt optima: ideo tenendum est: quod ibi erit odor procedens ex varietate et mixtione omnium odorum: in tam debita proportione. quod eam non est possibile ymaginari in hoc seculo: siue illa varietas sit in toto corpore vbique miraculose diffusa siue sit in singulis partibus minimis corporis: secundum distributionem illius artificis: de quo dicitur Can. 5. Gene eius sicut areole aromatum: Tho. in. 4. di. 44. q. 2. ar. 1. q. 4. ad. 3m. Ymaginemur igitur. ac si odor ille sit resultans ex aromatibus mirre et thuris et vniuersi pulueris pigmentarii: vt dicitur Can. 3. et violis et liliis rosisque et omnium mixtura. Et quia omnium sanctorum corpora erunt odoris suauissimi vt dictum est: ita quod quemadmodum exponit beatus Tho. in quarto di. 44. q. 2. ar. 1. q. 4. ad. 3m. corpora sanctorum erunt perfectius et suauius odorabilia quam quecunque odorabilia possint esse naturaliter: patet quod multo magis et excellentius odorabile erit corpus christi. quod erat intentum. ¶ Ratio etiam mirabiliter suffragatur ad hoc. In anima enim christi fuit et est et erit semper maior perfectio et excellentior atque suauior odor virtutum: quam in animabus aliorum quorumcunque sanctorum. Igitur nunc in corpore eius est perfectior et excellentior atque suauior odor quam in aliis corporibus quibuscunque. Cum enim gloria corporis sit proportionabilis modo suo glorie anime. sicut maior est gloria anime christi: sic maior est gloria corporis christi. Ergo a simili: ex odore anime spirituali scilicet virtutum: debet sequi odor sensibilis in corpore christi: maior et excellens omnem odorem. Non enim plus attinet gloria anime glorie corporis: quam odor anime odori corporis: quia vtrobique est differentia secundum genus: sicut inter corpus et spiritum. Igitur idem est iudicium in vtrisque ¶ Est etiam ratio ad hoc: ducẽs ad inconueniens talis. Si non esset christus secundum corpus gratissimum et iocundissimũ obiectum odoratus sequeretur quod sensus odoratus non in ipso sed in alio eque vel magis principaliter beatificaretur. Sed sensus odoratus non beatificatur principaliter nisi in gratissimo et delectabilissimo obiecto odorabili. Quod si non esset corpus christi: esset aliquod aliud eque vel magis gratum. Quod cum sit impossibile: patet propositum manifeste.

¶ Exemplum ad hoc manifestũ est istud: quia ossa sanctorum multorum nundum glorificata: et reliquie multotiens miram fragrantiam reddunt etiam sensibiliter: excellentem omnem naturalem odorẽ Unde cantamus de sancto Dominico in officio translationis.

Corpus sacruȝ quod fuerat: apotheca carismatum: vniuersaȝ exuperat: fragrantiam aromatum: Ubi notatur: ꝙ non simplices odores: sed mixtos valde sanctorum corpora reddunt. Et hoc est valde rationabile: q: sicut anime correspondet odor corporis: ita vario odori anime: qui est per virtutum varietatem: vt dicitur in ps. 44. Circundata varietate: debet correspondere varietas ⁊ mixtura odoris fragrantissima. Nā si anime sanctorum in statu gratie sunt odorifere: multo magis in statu glorie. 2. Corint. 2. Bonus odor christi sumus: alijs odor vite in vitam ⁊c. Nam vinee florentes sunt anime sanctorum in hac vita que dant odorem suuȝ vt dicitur. Can. 2. ex quo reficiuntur homines: ⁊ moriuntur serpentes ¶ Nunc ad propositum de iesu christo. Si anima eius est ceteris excellentior ⁊ multiformior ī odore virtutum: quis dubitet ꝙ similiter corpus eius: est omniuȝ odorum excellens fragrantiam. Et ī hoc mundo etiam odoreȝ anime fundebat: vt humiles reficeret atque alliceret superbos fugaret atque abijceret: vt patet in euangelio. Johannis. 8. vbi adulteram liberat: ⁊ phariseos. Quāto magis in patria: vbi dicit deus pater Ecce odor filij mei: sicut odor agri pleni. cui benedixit domin⁹. Gen. 27. ¶ De sex qui conferunt ad magnitudinē delectatōis f5 olfatum in patria.

Tertia conclusio sit ista Sex videntur eē precipua que ad magnitudinem conferunt sensibilis delectationis que erit secundum odoratum in corporibus gloriosis. ¶ Primū est restitutio comodi. que intelligitur sicut in alijs. Q: verbi causa Maius comodum recepisset adā ante peccatum de odore ruthe: ꝙ nos modo recipiam⁹ de vna apotheca aromatum. Quod comodum restituetur cum additamento: ⁊ si non in eisdem rebus: que tunc non erunt: tamen in aliquo alio equipolenti: ita ꝙ status glorie excedet etiam in hoc statum innocentie. Sicut enim restituit domin⁹ Job post eius patientiā omnia duplicia: ita status ille istum excedet. ¶ Secundum est melioratio odorabiliuȝ supernaturalis. Quia corpora humana nūc odorem non habent delectabilem: licet nec etiam odibilem quando se tenent munda. Et causa pui odoris est nimia ⁊ superenatans humiditas. Unde apparet ꝙ carnes assate magis sunt odorifere. Tūc autem cum ad optimum statum omnia reducta erunt: ⁊ nihil erit superfluum: necꝙ impediens. ⁊ deus addiderit supernaturaliter addens quod naturaliter defecerit: ⁊ non simplicem sed varios odores commiscens: clarum est. ꝙ corpora gloriosa mirabiliter erūt suauia. ¶ Tertium est melioratio

ipsius sensus odoratus siue olfa tus. Excedit enim tunc omnem vulturem et aquilam. et quodcunque animal boni odoratus. Et etiam quod de equo dicitur. Job. 39. de longe odorat bellum. Et hoc erit propter perfectionem ipsius olfa tus intensiuam: et propter spiritu um animalium puritatem et sub tiliationem. et organi emundatio nem ab omni superfluitate descen dente a cerebro propter eius frigi ditatem et humiditatem. Unde beatus Thomas in quarto di. 44. q. 2. ar. 1. q. 4. ad. 3m. ait quod sensus odoratus in sanctis nulla humiditate impedietur. ¶ Quar tum est. quia neque medium erit hu midum vt impediat: sicut est aqua et humidum lauatiuum: seu laxa tiuum quandoque odorem delet: et quandoque aer est nimis humi dus: ita quod intensationes non sunt ita penetratiue. Sed tunc erit medium: vel ipsum celum quod nullam habet humiditatem vel absque medio: sicut supra pue rum celi empirij. de quo dicetur in fra cum tractabimus de gustu: ¶ Nec tamen dico quod in aqua non possit esse odor. Nam experientia est in oppositum. Cete. n. suo odore trahit pisces. sed hij sunt natura les odores proportionati aquis: que tamen impediunt odores terrestri um rerum. ¶ Quintum est varietas rerum odorabilium in specie et in nume ro. quia paruitas nulla impediet si cut hic propter humiditatem cerebri: sed tunc et minuta discernemus odore. Neque intercidium etc. si cut in alijs dictum est. Et ista in telligenda sunt et de presenti: dum sunt multa odorifera in mundo. quia sicut possunt videre beati qui sunt in corpore cum christo: vt saltem est bea ta virgo: ita possunt audire et olfa cere: et nulla est eis resistentia vt dicti est. ¶ Sextum est: quia non modo successiue pro libito diuersa olfa cere possunt: sed multa simul. Non .n. est minor ratio de odorando mul ta simul: quam videndo et audiendo. Clarum est autem quod sancti erunt simul: et quilibet per se erit corporali ter odoriferus: sicut apotheca aro matum: licet vnus plus alio secundum me rita: et secundum quod gesserunt in corpore in diuersis membris: et proportiona biliter dicendum est hic. et in audit u sicut in visu diximus. s. quod attenta tanta suauitate: et absque vlla lesio ne et in omni perfectione sensuum beatorum: sancti ipsi non solum cre dent: sed sentient christum esse presentem secundum sensum odoratus: per accidens tamen sicut sensibilia dicuntur aliqua per accesis. 2°. de anima. ¶ Pre missorum gratia: queritur istud du bium. Si suauitas odoris corpo rum glorificatorum est tante excel lentie vt dictum est: quare non anu meratur inter dotes corporis glo riosi. Pro .n. quod nulle alie ponuntur a doctoribus nisi quattuor. s. im passibilitas: agilitas: claritas et subtilitas. De odore autem nulla fit mentio. Petitur ergo de causa dif

ferentie. ¶ Ad istam inquisitionē dici potest primo ſm beatū Thomā in quarto di.49.q.4.ar.1.ad p^m. Itē ar.5.c. Spūalis quidem ornatus q datur ecclesie in membris suis in consumatione matrimonij spūalis. pmo quidem perficitur ſm aiaʒ: ꝛ ꝯsequunt tres dotes.ſ.visio: cōprehensio: ꝛ fruitio: correspondentes fidei: spei: ꝛ caritati: non in ratione premij: sed in ratione pfecti: ꝛ excludētis imperfectionem. Nam vt in pria secunde.q.1.ar.1.idem declarat in sola visione: stat substantialiter rō premij: qꝛ actus voluntatis non potest eē principale eius obm: vt declarat ibidem.q.1.ar.1.ad.2^m. qa obm naturaliter est prius actu potentie que mouetur ab obo. Nam sicut mouens ē prius moto: ita ē ēt prius actu moti. Unde sicut ipossibile est ꝙ p^m visibile sit ipm videre. qꝛ omne videre est alicuꝰ obiecti visibilis: ita est impossibile ꝙ pricipiū appetibile qḋ est finis sit ipsum velle. Unde relinquitur ꝙ si qua actio humana sit vltimꝰ finis: ꝙ ipsa sit imperata a voluntate. Et ita ibi aliqua actio hominis ad minus ipsum velle est pp finem. Quicqd ergo hō faciat. verum est dicere ꝙ hō agit propter finem: ēt agendo actionem que ē vltimus finis.ſ. in genere actionum humanaꝝ que adhuc propter finē simpliciter vltimū ad ex̄.ſ. propter deum. In resurrectione vero ēt ſm corpus consumabitur matrimonium spūale.ſ. perfecta coniunctio cū xp̄o. qꝛ aia separata semper habet desideriū corpus administrandi vt dicit Augusti.12. super Geñ. ad litteram dabunt alie quattuor dotes. ¶ Et ideo hic dicendū est: 2° ꝙ iste quattuor dotes sunt magis famose: et certius de eis habetur testimoniū in scripturis. vt pꝫ.1. Cor.15. Ubi eas apostolus annumerat dicens Seminatur in corruptione: surget in incorruptione. Ubi notat dos incorruptibilitatis que ē impassibilitas: que ēt in testamento veteri in pluribus locis noiatur. vt ysa.35. Fugiet dolor ꝛ gemitꝰ ꝛc. Seminatur i ignobilitate: surget in gloria. hoc est quo ad claritatē. De qua ēt ait xp̄s. Math.13. Fulgebūt iusti sicut sol in regno patris eoꝝ. Et prouer.4. Semita iusti. sicut lux splendida procedet. Seminatur i infirmitate: surget in virtute. Hoc est quo ad dotem agilitatis. De qua etiam dicitur Sapie.3. Fulgebūt iusti ꝛ tāꝙ sintille in arundineto discurrēt Ubi habentur due dotes.ſ. claritas ꝛ agilitas. Seminat corpus aiale: surget corpus spūale. hoc ē quo ad dotēꝫ subtilitatis. De qua non recolo in veteri testamēto aliquid dictū fuisse expresse. Sed in nouo attribuitur sanctis ista dos Et lꝫ ita sit ꝙ iste quattuor dotes sint magis famose: nihil tamē ꝓhibet ēt alias eē dotes: lꝫ non ita famosas. vnde Anselmus ponit

pulchritudinem ⁊ voluptatem inter dotes: quaꝝ neutra ad illas quattuor ptinet: nisi forte diceret ꝙ pulchritudo ad claritatem reducceretur. Sed oppositū huius rationabilius videtur: q꞉ claritas ē ps pulchritudinis: que ſm Augustinum in .22. de ci. dei capi. 19. requirit ⁊ coloꝝ decentiā: ⁊ partiuꝫ cōuenientiā. Jō non eēt inconueniens dicere: ꝙ ista suauitas creata data humane nature ꝯputaretur inter dotes. ¶ Posset tñ ⁊ aliter dici. s. assignando rōnem diuersitatis quare odor: ⁊ sapor de quo cras incipiemus loq: non ponuntur inter dotes: inter quas ponit claritas que ad visuꝫ ptinet. Et ẞt dici: ꝙ ſm diffinitioneꝫ dotis quā pōit btūs Tho. i quarto di. 49. q. 4. ar. i. c. ad doteꝫ ptinet ꝙ sit ornatus ppetuus. Ornatus āt magis videtur pertinere ad visibilia ꝗ̄ ad odorabilia vel ēt gustabilia: ꝗ̄ꝗ̄ ⁊ ista perfectiōes suas cōtineāt: que ⁊ si corpus non ornēt pprie ⁊ stricte loquendo. tñ ipsuꝫ perficient. s. odor ⁊ sapor. Pꝫ ga vinum nō solum dr̄ eē perfectum pp colorem: sed ēt propter odorē ⁊ saporem: in quib⁹ ēt magis ostēditur virtus vini ſm naturales.

¶ Est aūt aduertendū: ꝙ beatus Thomas vbi supra assignat ibidem sufficiētiam dotum: per subiectionē corporis ad aiaꝫ quadrupliciter. s. quo ad eē substantiale: ⁊ hec est subtilitas. Quo ad eē accidētale: ⁊ hec est claritas. Quo ad conseruationē: ⁊ hec est impassibilitas. Quo ad motū: ⁊ sic est agilitas. ¶ Ex quo pꝫ: ꝙ sub claritate cōprehenditur oīs bona corporis dispositio: extrinseca: seu accidentalis. Jnter tales āt nō est dubiū quin sit odor ⁊ sapor ⁊ similia.

¶ Possumus āt exempli gratia: ex odore corpoꝝ gloriosorū imaginari isto mō: vnum corpus cōpositum ex rosis ⁊ liliis ⁊ violis: nutritum cinamomo: balsamo: ⁊ ga rosalis: ⁊ nucibus muscatis ⁊ similibus optime redolentibus: et quottidie per vnctum vnguentis preciosis ⁊ odoriferis. Unde ecclesia hoc intelligēs: cātat de beata virgine. Speciosa facta es: ⁊ suauis in delicijs virginitatis scā dei genitrix: quā videntes filie syon vernantem in floribus rosaruꝫ ⁊ lilijs ꝯuallīū. beatissimam predicauerunt: ⁊ regine laudauerūt eam. Quod certe non intelligitur sic ꝙ ibi sint lilia ⁊ rose naturales sed sunt ibi in corpore gloriose virginis odores mixti ⁊ suaues: equalentes ⁊ hos odores naturales excedentes: ⁊ absqꝫ vllo fastidio vel molestia recreantes olfatum beate virginis ⁊ sanctoruꝫ q sunt vel erūt ibi corporaliter. Et ꝙ ibi odor ita mixtus ⁊ aggregatus: sit excedēs oēm suauitatē in hoc mūdo possibilē. pꝫ per hoc ꝙ iterum de ipsa beata virgine cantamus. Pulcra es ⁊ decora ⁊c. Et i fine Odor vestimētorum tuoꝝ super oia aromata. Et ꝗ̄ꝗ̄ iste laudes

possint spũaliter intelligi: non tñ
sunt false corporaliter: vt per pre
missa patere potest.
¶ Explicit tractatus de odoratu
i patria. Incipit tractatus de gu
stu corporali in patria.

h Odie apiem⁹ vnã
aliã capsulã
celestiũ thesauroꝝ: in q̃
sunt ẽt quedaȝ iocalia
magnã delectationẽ conferentia
gustui corporali beatorũ in patria
De quibus: sex ꝯclusiones addu
cem⁹ in mediũ. ¶ De actu gust⁹.

Prima Conclusio sit ista.
Sensus gust⁹: nõ
ꝓut ẽ sensus alimenti: sed quantũ
ad saporis iudiciuȝ: habebit actũ
ꝓprium in corporibus beatorum
per imutationẽ spũalem ab obie-
cto exteriori. Ista cõclusio prout
iacet: est sancti Tho. in quarto di.
44. in secũda questione de impas
sibilitate corporum gloriosorum.
ar. 1. q. 3. c. fi. Vñ Job. 6. Quis
gustare poterit: quod gustatũ af-
ferat mortẽ? ¶ Et ratio conuincit
de isto sensu eadẽ generaliter: que
de aliis. q2. s. aliter totus hõ bea-
tus nõ eẽt. Sed de mõ quo gu-
stus sanctorũ de saporibus iudi-
cabit: non dat sanctus Tho. cer-
tam sẽtẽciam: sed dicit in cõi. ꝙ vel
erit per imutationẽ spiritualeȝ ab
obiecto exteriori. uel ꝙ iudicium
de saporibus ibi forte poterit esse:
per imutationẽ lingue ab aliqua
humiditate adiuncta. Quod qui
dem quõ possit veritateȝ habere:
subtiliter inuestigandum est vt di
cit Frater Johãnes de Tamba
cho: qui deo adiuuante hũc librũ
edidit: de sensibilibus delicijs pa
radisi. Et post multas alias suas
subtilitates quas causa breuita-
tis omitto ꝯcludendũ arbitror ꝙ
imutatio gustus in patria: que est
per spẽs decisas ab obiecto ibi nõ
ꝑt eẽ solum per imutationem hu
miditatis adiuncte lingue. quecũ
ꝙ sit illa. Et ꝙ sanctus Tho. nõ
asserit hoc: sed sub dubio derelin
quit. quo ad immutationem lin
gue ab aliqua humiditate adiun-
cta: vt pȝ. 4. di. 44. q. 2. ar. 1. q. 4.
c. fi. Itẽ 2m. nisi ꝙ ibi. q. 3. 2m. fi.
dicit in generali. ꝙ in corporibus
gloriosis nõ poterit eẽ aliqua im
mutatio naturalis: ⁊ ideo ibi erit i
mutatio spiritualis tñ. ¶ Ratio
aũt hoc dictat. q2 per hoc non ha
beret gustus suum eẽntiale premi
um: sed solũ accidentale. Et ideo
adhuc restaret inquirendũ de mõ
attingẽdi: in quo cõsisteret forma
liter suũ premiũ eẽntiale. Ridicu
lum. n. eẽt dicere: qȝ premiũ eẽn-
tiale consisteret in saliua: vel i qua
cunqȝ tali humiditate: quo ad de
lectationẽ gustus: cum alioꝝ sen-
suum ponatur premiũ eẽntiale in
xpo: qui vt dicetur infra loco suo:
est obȝ beatificũ gustus. Et ideo
dicendũ est quo ad modũ sentien
di per gustum in patria per spẽs
ab obiecto receptas. cum sancto
Tho. 4. di. 44. q. 2. ar. 1. q. 5. c. fi.
qȝ gustus ibi sit in actu: per imu

tationē spūalem: seu intentionalē
.s. absq; sumptione alicuius rei p
modū cibi ⁊ absq; masticatione:
sed factā a corpe xpi: ⁊ ab alijs cor
poribus gloriosis mediāte sapo-
re: eis formaliter inherente: q̄ cor
pora si masticata fuissent ante glo
rificationem apta nata fuissent ꝫ
suum eē naturale imutare suo sa-
pore ipsum gustuz. Et hoc est, ꝙ
dicit sanctus Tho. 4. d. 44. q. 2.
ar. 1: q. 3. c. si. vbi sic ait. Et iō dicē
dum est cū alijs. ꝙ sensus glorio
sorum corporum erit in actu per
susceptionē a rebus que sunt extra
animā. Sed sciendum est ꝙ orga
na sentiendi. imutantur a rebus
que sunt extra animaz dupliciter
Uno mō imutatiōe naturali. qñ
.s. organum disponitur eadem q̄
litate naturali. qua disponit res ex
tra animam. que agit in ipsum: si
cut cū manus sit calida ⁊ adusta.
ex tactu rei calide: vel odorifera ex
tactu rei odorifere. Alio mō imu
tatione spūali. qñ. s. recipitur qua
litas sensibilis in instrumēto. ꝫm
eē spirituale. i. species siue intētio
qualitatis sensibilis. ⁊ non ipsa q̄
litas: sicut pupilla recipit speciez
albedinis. ⁊ tñ ipsa non efficit al-
ba. Prima ergo receptio non cau
sat sensum in actu: per se loquēdo
qꝛ sensus est susceptiuus speciez
in materia preter materiā. ⁊ preter
eē materiale: quod habebat extra
aīam: vt dr̄ in secundo de anima.
Et hec receptio imutat naturam
recipientis: qꝛ recipitur hoc mo-
do qualitas ꝫm eē suum materia
le. Unde ista receptio non erit in
corporibus gloriosis: sed secunda
que per se facit sensum in actu: et
non imutat naturam recipientis.
Hec ille. Et ibidem. q. 4. c. si. di-
cit: ꝙ gustus non erit in actu. ita
qđ imutetur ab aliquo cibo vel po
tu sumpto: vt pꝫ ex dictis:
Et hoc dico quantum ad hūc spi
ritualem modū imutandi per spe
cies ab obiecto decisas. Naz ⁊ cir
ca hunc sensum gustus ē modus
alius per species diuinitus infu
sas: vt ēt in alijs sensibus in gene
rali dictum est: ꝫ quas poterunt
beati spiritualiter gustando dele-
ctari in fructibus paradisi. ⁊ i alijs
saporosis: que dedissent delecta-
tionem gustui humano in statu i
nocentie: que tūc nō erunt i reruz
natura. ¶ Et non impediet nō exi
stentia obiecti naturalis: neq; di-
stantia corporis xpi vel aliorū: ne
q; differētia situs: neq; intercidi-
uz. Et omnia pariter huic sensui
conueniunt: sicut ⁊ alijs. ¶ Con
tra modū āt principalem instatur
ex triplici capite. s. ex obiecto: ex
organo: et ex medio. Et pro pri-
mo sic. Corpus. n. gloriosum: nō
pt eē saporosum: lꝫ forte in se pos-
sit habere aliquid saporosuz: sicut
vas: vel sicut fauus. Ergo non pt
mouere gustum. Quia nihil im-
mutat gustum. nisi sit formaliter
saporosum. Nā in libro de sensu ⁊
sensato ꝫm Aristo. sapor consistit
in mixtura humidi ⁊ sicci. Sed

ista ꝯtrarietas non potest eẽ in to
to corpore glorioso formaliter. qͣ
sic contraria eẽnt in eodez. Ergo
⁊ce. Unde beatus Tho. in desen
su ⁊ sensato: in expositione littere
dicit: ꝙ esca qua nutriuntur aĩa-
lia: non est ipsum siccuz solũ: nec
solum humidũ: sed mixtũ ex hijs
q: ex eisdẽ nutrimur et sumus.
¶ Ad hoc rñdetur: sicut dictum
fuit de odore. s. qδ contraria sunt
ibi virtualiter: et ẽt formaliter in
esse fracto ⁊ remisso per dotez in
corruptibilitatis perpetuo sic mo
uentia corpora vel gustum sancto
rum. Et odorifera sunt ⁊ saporo-
sa: super oĩa que possunt eẽ talia
in hoc mũdo. ℭ Possit autez ali
quis hic petere. vtrum ex eadem
causa erunt incorruptibilia corpo
ra dãnatorum qua et beatorum.
¶ Ad quod respondetur secundũ
beatum Thomam in quarto di.
44. q. 3. ar. 1. q. 2. c. qδ non. Sed
nec ex eadem causa qua Adam
fuit incorruptibilis. Adam. n. ha
buit gratiam continentem et ꝯser
uantem corpus diuino dono i sta
tu innocentie. In beatis vero ad
ditur: ꝙ non possunt ampli⁹ mu-
tari: eo ꝙ anime sint in gratia et
gloria confirmate: ita vt non solũ
conseruent sua corpora a corrup-
tione: sed omnino ab omni pas-
sione naturali seu materiali: que
fit cum aliqua alteratione. Et nõ
remanet in eis nisi passio perfecti
ua ⁊ intentionalis: que per se re-
quiritur ad sensationem, et illam
habent sine vlla lesione. In dam
natis vero nullum est donuz gra
tie aut glorie continentis aut pro
hibentis corruptionis principiuz
sed solum damnati immortales
sunt: eo ꝙ cessante motu celi: non
potest amplius eẽ transmutatio:
que abijciat a substantia. Unde
nec materialis combustio erit in
eis: sed solum passio ƀz sensum ta
ctus per iusticiam diuinam. ¶ Et
ex hoc patet: ꝙ corpora sanctoruz
sunt incorruptibilia: licet sint mix
ta ex contrarijs. Habent eñi hoc
commune cum damnatis. Sed
hoc habent proprium: qδ non
sustinent lesionem: sed omnez vo
luptatez. ℭ Secundo instatur sic
Nam dicit philosophus in secun
do de anima: qδ gustabile est hu-
midum secundum qδ gustabile.
Quod exponẽs beatus Thomas
dicit: qδ oportet quod gustabile
vel actu habeat humidum: sicut
vinum: vel ꝙ sit humectabile: si-
cut id quod per modum cibi su-
mitur. Ideo saliua in ore que
liquida est: ⁊ liquefactiua lingue:
vt sapor percipitur. Et hec ẽ sen-
tentia etiam Commentatoris. ƒz
corpora gloriosa non sunt liquida
neq; sic humectabilia: cum non
sumant aliquid per modum cibi
ergo ⁊ce. ¶ Ad hoc dicitur quod
non intelligit per hoc Aristo. et
Commentator: ⁊ sanctus Tho
mas: qδ res non possit eẽ saporo-
sa: si non sit liquida. vel si non sit
humectata: sed solum qδ non sit

gustabilis actu: nisi per humidū. Unde dicit in secundo de anima Sicut color visibilis: sic humor gustabile ⁊ sapor. Neqꝫ enim facit humor vel sapor sensum sine humido: sicut nec color sine luce fit visibilis. Et sicut ignis in suā spera non illuminat nec inflammat: similiter piper ⁊ zinziber nisi conterantur ⁊ humectentur ꝑ saliuam: non gustantur. ita dico via nature qđ corpora quantuncunqꝫ sapida non percipiuntur sine humiditate. Sꝫ mutato cursu nature in corporibus gloriosis stat qđ sint saporosissima ⁊ absqꝫ vlla contradictione ⁊ humectatione moueant gustum atqꝫ reficiāt quia causas secundās efficientes ⁊ maxime sine quibus non potest deus supplere potest ⁊ suspendere: sicut ignem suspendit ne nocere tribus pueris ī camino ignis Danī.3. vt etiam exponit sanctus Thomas.4.di.47.q.2.ar.3.q.2.c: Item 2^{m}. Item veri.q.26.10.2^{m}. Item po.^{a}q.6.1.c. Itē ro^{m}. Ideo albertus magnus in commento super libro de vegetabilibus ⁊ planctis: dicit sic. Licet aliquando res integra aliquādo forte videatur insipida: tamen quando puluerizatur: ⁊ conteritur: saporem indicat fortissimum. Ita est de lignis multis. Sed tene ꝓ certo qđ res integra sapores eosdem habuit multo maiores ante q̄ contereretur: quoniam rei iuncte: vnite: ⁊ integre: maior est virtus q̄ diuise ⁊ contrite: licet forte minus manifestetur: eo quod integre ita linguas animaliū penetrare non possint. ¶ Ex hoc immediate dicto: datur intelligi: qđ si res integre penetrare possent linguas animalium: maioris saporis eēnt. Sed hoc pater deus facere in beatis. Ergo ⁊c.

¶ Quomodo diuersa dispositio organi vel medij non impediet gustum in patria.

Secunda Conclusio sit ista. Organi ⁊ medij alia ⁊ alia dispositio non impediet in patria sensibilem gustus perceptionem in corporibus gloriosis. ¶ Cuius conclusionis prima pars vt melius pateat. primo impugnabitur: ⁊ postea declarabitur. Dicit enim philosophus in secundo de anima. necesse est sensitiuum gustus neqꝫ humidū eē actu: neqꝫ impossibile fieri humidum. Et hoc dicit: vt sapor in organo sentiri possit per sui immutationem ab obiecto. Sed in patria: organum gustus non poterit humectari. Quod patet. quia nō poterit alterari propter impassibilitatem. Non enim beati possunt pati passione nature vel materie: quamuis possint pati passione anime: vt alias declaratum est Ergo sequitur ꝙ non poterit ad organum gustus peruenire sensatio. Et confirmatur. quia Aristote. ibidem dicit: ꝙ lingua sicca non potest sentire. ergo ⁊c. ¶ Ad

f

hoc dicitur: qd presupposito qd ita sit. qd ibi humectatio nulla fiat de nouo in corporibus gloriosis: vt videtur probabiliter debere dici. Respondetur ad maiorem qd dictum Aristo. verificatur scd cursum nature in via: saltem sic intelligendo: sicut ipse docuit in eodem libro. qd debens sentire album vel nigrum. oportet neutrum illorum esse actu: potentia vero vtraque. Et tamen illa potentia nō sic ad actum reducitur: vt organum visus fiat realiter album vel nigrum a suo obiecto: sed secundum ee intentionale tantum. sicut speculum non realiter: sed apparenter fit album vel nigrum scdm ymaginem ab obiecto. Et sic dicendum est in proposito: qd sicut humiditas obiecti intentionaliter immutaret organum: non eēt cōtra Ari. sed eēt contra conditionem corporum gloriosorum quia non sunt sic humida: vt in eis humidum natet et fluat: prout hic in via necessarium eēt. Ideo dicendum est: qd ista humectatio organi: est necessaria in via vt conditio subiecti: et non vt ratio recipiendi. Sicut lumen in medio: non est ratio receptiua speciei coloris: sed est cōditio subiecti receptiui. Fit enim immutatio a colore scd actū lucidi. Similiter mollicies cere est conditio disponens subiectum vt sibi imprimatur sigillum. Sicut igitur deo operāte posset quis ceram durissimam sigillare: et si ne lumine per assistentiam diuine virtutis coagentis. que potest supplere secundas causas extrinsecas: posset oculus corporalis: colores videre: ita potest supernaturaliter coassistens beatis facere qd sine immutatione reali vel intentionali ab humido facta: obm imutet organum gustus intétionaliter ad saporem percipiendum. ¶ Et confirmatio de lingua sicca non habet locum in patria: vt statim in secunda parte conclusionis dicetur. ¶ Secunda pars cōclusionis impugnatur et declaratur Nam secundum naturales: non potest fieri sensatio aliqua sine medio: quia sensibile positum super sensum: non potest sentiri: quia sensatio non potest fieri: nisi per species intentionales acceptas in organo valde spirituales: quib9 causandas. obiectum non est proportionatum: nisi per medium. Sed medium gustus est saliua: vt constantinus magnus medicus dicit. et Albertus magnus in commento de vegetabilibus et plantis dicit: qd humidum saliuale est medium in gustu. Unde commētator videtur dicere super de sensu et sensato: vbi phylosophus dicit qd gustus et tactus organum est iuxta cor: et qd non sentiunt per medium extraneum: qd saliua dicitur: quasi saluata in poris et spōgiositate lingue: de cuius venis distillat: et in ea conseruatur. Sed in corporibus beatis non potest

esse saliua vt probabitur. Ergo ibi non poterit esse medium gustus. Et ꝙ non sit ibi saliua: probatur. Quia Constantinus siue constantius dicit: ꝙ saliua est humor fleugmaticus. Et Galienus in libro de crisi. dicit: ꝙ est superfluitas naturalis in principio pectoris. Sed nihil superfluum ponitur in beatis: vt ex superioribus patet. ergo ⁊c. ¶ Et confirmatur quia lingua que secundum phylosophum contigit in gustum ⁊ loquelam: componitur ex subiecta neruosa ⁊ porosa. Neruosa: propter sensum ⁊ motum. porosa: propter saliuam: vt inde facilius penetret sapor ad neruum gustus. Sed in patria non erunt pori: q: erunt ibi corpora tersa ⁊ pollita: vt expresse asserit dominus Petrus de palude olym patriarcha Jerosilimitanus: in suo. 4. d. q. vtrum corpora gloriosa habeant claritatem. Et assignat hoc ꝑtinere ad imperfectionem. Unde celi dicuntur solidi quasi ere fusi Job 38. Ergo ibi saliua non erit ¶ Ad hoc essent multa dicenda: que causa breuitatis omitto. Sz ad rem venio: concedendo in beatis nec saliuā esse: nec poros: sed linguam tersam: pollitam: ⁊ siccā quo ad superenatantem humiditatem: cum tamen habeat de ea tantum. quantum ad suam complexionem sufficit: vt sit facilis ad motum melius q̃ prius. Et dico ꝙ naturaliter sine medio non potest fieri sensatio. Sed supernaturaliter potest fieri: ⁊ hoc de facto oportet concedere in beatis Nam christus est in conuexo celi empirij: ⁊ beata virgo secum. ⁊ inuicem se vident: audiunt: olfaciunt: gustant: ⁊ tangunt. Et tamē inter ipsos nullum est medium: quia supra conuexum celi empirii: non est aliquod corpus naturaliter. ¶ Nec obstat quod obiectum est improportionatum ad spirituales species causandas. vt causa totalis: tamen adiuncta sibi particulari dei influentia: potest vt causa partialis: sicut tract⁹ nauis est improportionatus vni vt totali cause: adiuncto altero: proportionabitur illi vt concause. ¶ Nec obstat ordo agendi: prius in proximum q̃ in remotū quia etiam piscis ille qui stupor dicitur: agit in manum piscatoris: ⁊ nihil agit in rethe. Uide commentatorem ⁊ btūm Thomam de hoc pisce: super. 7. physicorum lectione. 4. in pn. ⁊ Ce. 2. Ce. 10. Et. 2. di. 15. 4. 1. ar. 2. 6m. Unde per totam linguam equaliter aget obiectum producens spirituales subtilissimas: vsque ad neruum gustus. ¶ De obiecto gratissimo gustus in patria quod est corpus christi.

Tertia conclusio sit ista Ipsum benedictum corpus domini iesu: ē gratissimum gustabile inter omnia gustabilia que vnq̃ fuerunt: sunt

aut erunt in vniuerso. Ad quod declarandum: presupponendum est: quod sicut in statu vie: anima contrahit quasdam malas conditiones a corpore: tam secundum theologos quam secundum phylosophos. Theologi enim dicunt: quod anima contrahit peccatum origiginale a corpore. Dauid in ps. 50 In peccatis concepit me mater mea: et phylosophi dicunt vt Auctor sex principiorum: et physiologus in arte physonomie et beatus Thomas super octauum physicorum le. 4. in fin. Quod anima quandoque passiões corporis imitatur: ita econtra in statu glorie: corpus contrahit bonas conditiones ab anima: ita quod anima reddet corpori pro malis bona. Et hoc per quandam redundantiam secundum conditiones analogice verificabiles de vtroque: vt sunt claritas: agilitas: subtilitas: sanitas: dulcedo: suauitas: et similia. Et ideo non solum a claritate anime: deriuatur dos claritatis in corpus: sed et a dulcedine dulcedo: ab odore odor: a sanitate anime: dos sanitatis et perfecte impassibilitatis. Unde Augustinus in epistola ad Dyoscorum. Tam potentem deus facit animam: vt de eius plenissima beatitudine que in fine temporum promittitur sanctis redundet in corpus plenitudo sanitatis que est incorruptionis vigor. Quare et similiter a sapore idest sapientia anime que est sapida scientia in gloria anime que sursum sunt sapientis: redundat supernaturaliter sapor in ipsum corpus. Et a dulcedine et suauitate spiritus redundat in corpus dulcedo et suauitas maxima corporalis saporis secundum superefflu entem mensuram de qua alias diximus. Nam tantum attingit corporalis dulcedo: dulcedini spirituali: quantum corporalis claritas claritati spirituali: et quantum corporalis sanitas: sanitati spirituali: et sic de aliis. Et hoc est presuppositum. ¶ Ex quo formantur tres rationes ad conclusionem probandam. ¶ Prima est. si corpus christi non esset gratissimum obiectum gustus: vel hoc ideo esset: quia alius naturalis vel artificialis sapor esset magis delectabilis: vel saltem eque: vel aliquis sapor supernaturalis puta alicuius corporis gloriosi esset tale obiectum. ¶ Primum autem non potest dici: quia sapor supernaturalis qualis est sapor omnium corporum gloriosorum: tamquam a deo cuius perfecta sunt opera: vt dicitur Deut. 32. tamquam a causa per se immediate causatus: est perfectior et delectabilior omni naturali et artificiali sapore huius mundi: siue sit simplex siue mixtus: sicut dicimus de vino facto ex aqua in nuptiis: quod excessit omne vinum quod naturaliter generatur. Unde architriclinus ait. Jo. 2. Tu vero seruasti vinum bonum vsque

adhuc. ¶ Secundum etiam dici non potest. quia quicquid est per fectionis supernaturalis in corporibus aliorum sanctorum perfectius reperitur in corpore christi. Ipse enim vt dicitur ad Ephe. i. constitutus est super omnem principatum ꝛ potestatem. Unde ibidem dicit apostolus. Ut sciatis que sit spes vocatiõis eius: ꝛ que diuine glorie hereditatis eius in sanctis: ꝛ que sit supereminẽs magnitudo virtutis eius in nos qui credimus secundum operationẽ virtutis potentie eius quam est operatus in christo: resuscitans illum a mortuis: ꝛ constituens ad dexteram suam in celestibus super omnem principatum ꝛ potestatē ꝛ virtutem ꝛ dominationē ꝛ omne nomen quod nominatur: non solum in hoc seculo: sed etiam in futuro: ꝛ omnia subiecit sub pedibus eius: ꝛ ipsum dedit caput super omnem ecclesiam que est corpus ipsius ꝛ plenitudo eius q omnia in omnibus adimpletur. Unde sicut anima christi excedit perfectiones non solum omniū animarum: sed etiam omniū spirituum beatorū: ita corpus eiusdem excedere omnia corpora in omni bono: ꝛ per consequens in omni suauitate dulcedinis ſm regulam Arist. in thopicis. sicut simpliciter ad simpliciter: ita magis ad magis: ꝛ maxime ad maxime. Nulli igitur circa hoc dubitandum est. ¶ Secunda ratio est ista. Si non esset corpus christi gratissimum simpliciter ꝛ delicatissimum obiectum illius gustus sequeretur quod non solū noster sed etiam suus gustus: non in ipso sed in alio: eque vel magis principaliter beatificaretur. Sed consequens est falsum. Probatū est enim quod in christo essentialiter ꝛ principaliter beatificantur omnes sensus exterioris hominis. Quod etiam potest discurrendo aliqualiter replicari sic. Constat enim quod in nullo obiecto beatificatur visus potius ꝙ in christo secundum eius proprietates visibiles. Et auditus in nullo potius ꝙ in christo secundum eius proprietates audibiles. Et odoratus in nullo potius ꝙ in christo: secundum eius proprietates odorabiles. Et ita probabitur etiam loco suo de tactu. Ergo per locum a simili: nec sensus gustus potius beatificabitur in alio ꝙ in corpore christi secundum eius proprietates gustabiles. Alioquin miser sensus esset: ꝛ abiectus: cui soli dici posset. Ubi est deus tuus. Iō certe attenta debita proportione inter omnes sensus: ꝛ probabili conformitate beatificationis seu premiationis ipsorum: non est sibi negandum: quin ꝛ ipse gustus ex mirabili perceptione saporis corporis christi: ipsum deum in eius corpore tam sapido: saltem per accidens ꝛ conformiter aliis sensibus presentem agnoscat: vt

verificetur illud: Can. 2. Sub vmbra illius quem desideraui sedi: et fructus eius dulcis gutturi meo. Consequentia huius rationis est nota pro tanto: quia gustus sicut et alii sensus non beatificatur principaliter nisi in gratissimo et delectabilissimo obiecto: quod si non esset corpus christi: oporteret dare aliud: quod fingi non potest. Et sic habetur propositū. ¶ Tertia ratio est ista. Nam dictum est supra: quod odoratus et gustus habebunt pro obiectis odorem mixtum et saporem mixtum: tamquam obiecta excellentiora quam si essent simplicia: et per consequens sunt principalia obiecta per se beatitudinis eorum. Igitur talis odor et sapor sunt in corpore christi benedicto. Consequentia patet quia aliter predicti sensus non beatificarentur principaliter in ipso corpore christi: cuius oppositum est probatum. neque enim in aliquo alio in patria quam in corpore christi glorioso est. vbi possint poni tales perfectiones odoris et saporis mixtorum: quia omne corpus mixtum tunc deficiet: preter corpora humana: que in inferno fetebunt: et in celo empirio redolebunt. Sed quicquid perfectionis vt dictum est: in alijs reperitur: est multo magis in christo.

Et Augustinus in soliloquijs capitulo intitulato de magno premio sanctorum ait. Tu es dulcedo inestimabilis per quam cuncta amara dulcorantur. Tua. n. dulcedo: stephano lapides dulcorauit. Tua dulcedo laurentio craticulam dulcem fecit. pre tua dulcedine ibant apostoli gaudentes a conspectu concilij. Ibat Andreas ad crucem securus et gaudens: quoniam ad tuam dulcedinem properabat. hec tua dulcedo: ipsos apostolorum principes sic repleuit vt pro ipsa vnus crucis patibulum elegerit: alius quoque caput ferienti gladio supponere non timuerit. Pro hac etiā emēda: Bartholameus pellem propriam dedit. Pro hac etiam degustanda: veneni poculum Joh. potauit. hanc vt gustaret petrus: inferiorum oblitus: clamor quasi ebrius. Domine: bonum est nos hic esse. hic morimur. hic te contemplemur: quia nullo alio indigemus. Sufficit nobis videre te Sufficit inquam tua dulcedine satiari. Igitur christus est gratissimū obiectum gustus sanctorum in patria omni modo. ¶ Ad hunc sensum: anagogice exponendo: vadit illud Ysa. 30. Tauri tui et pulli asinorum qui operantur terram tuam. i. apostoli et alii populi qui laborant terram. i. qui predicant: vel carnem macerant: commixtū migma comedent. i. ordeum cum palea. que. s. mixtura plus iumentis placet. Et nota quod statim sequitur ibi. Et erit lux lune sicut lux solis: et lux solis erit septempliciter sicut lux septem dierum: in die

qua alligauerat dominus vulnus populi sui et percussuram plage eius sanauerit. ¶De mira varietate suauitatis et saporis in corpore christi.

Quarta conclusio sit ista. Corpus sanctum et benedictum domini nostri iesu christi: non vnum tantum saporẽ suauissimum habet: sed est mira varietate permixtum: et varia perceptione sanctis iuxta votum est communicabile. ¶Probatur ista conclusio auctoritate Sap. 16. Angelorum esca nutristi populũ tuum: et paratum panem de celo prestitisti illis sine labore: omne delectamentum in se habentem: et omnis saporis suauitatem. hec figura secundum omnes de corpore christi exponitur: quod ĩ hoc sacramento nobis sub specie panis et vini exhibetur. Raro autem aut nunquam ista omnia verificantur in tali sacramentali perceptione etiam quo ad sanctissimos viros qui nec istam experiuntur facilitatem saporum omnium in eo gustandorum. Oportet autem alicubi hec omnia verificari ad plenũ Non enim omnes figure in presenti implentur. Nam et ecclesia militans sub vmbra est ecclesie triumphantis. Unde sacro velamine sublato, verificabitur hec figura perfecte. Cui dicto: consonat dictum christi. Luc. 22. Dico vobis: ex hoc non manducabo illud, s. pasca: quod corpus christi ymolatum significat: donec impleatur in regno dei. Et istud est simile illi precepto. Mat. 22. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: et ex tota anima tua: et ex omnibus viribus tuis etc. Quod ex quo preceptum est a deo qui nihil precipit impossibile simpliciter: oportet alicubi ĩpleri posse. Et quia non hic perfecte impletur: ideo in patria implendũ esse speratur: secundum sanctos doctores. vnde beatus Augustinus in libro de perfectione iusticie dicit. quod in plenitudine caritatis patrie: preceptũ illud adimplebitur: diliges dñm etc. Et beatus Tho. 2a 2e. q. 44. ar. 6. in responsione principali sic plene et perfecte implebitur in patria hoc preceptum: in via vero ĩplebitur: sed imperfecte. Sic etiã per oẽm modum eẽ videtur de p̃dicta figura. Que quia hic non impletur seu verificatur perfecte: ideo in patria perfecte verificabitur. Patet igitur propositum satis aperte Nam per hoc etiam quod apparuit minutum et quasi pilo tonsum. et quasi semen coriandri. vt dicit Exo. 16. quod collectum dictum est panis de celo: significans secundum oẽs: corpus dominicum: panis inquã omne delectamentum in se hñs. et omnis saporis suauitatem: satis aperte innuitur hoc quod premissum est de corpore christi in celo. s. quod sicut in confectione facta ex speciebus: ĩ minimos pulueres pilo cõtusis: reperitur sapor mixtus val

de delectabilis. ita et in corpore xpi in celo. minimis suis particulis: delectabiliū sapor speciebus. virtute diuina qualificatus resultat mixtus sapor ita delectabilis. quod corpus xpi nō iā vnius simplicis saporis delectamentum. sed omne delectamentum in se habens et omnis saporis suauitatē. Quod autem ibidem in figura Sap. 16 sequitur. Substantiam. n. tuam et dulcedinem tuā quam in filios habes. ostendebas. et deseruiens vniuscuiusq; voluntati. ad quod quisq; volebat conuertebatur. apte significat. quod dicta et tanta corporis christi saporis omnis suauitas. est ipsius diuine substātie dulcedinis eius erga filios regni offensiua: nec non et vniuscuiusque ipsorum voluntati satisfactiua. et iuxta hoc: pōt intelligi illud ps. 57. Parasti in dulcedine tua pauperi deus: qui habitare facis vnanimes in domo. Et Luc. 22. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum: vt edatis et bibatis super mensam meam in regno meo. Quasi dicat. Ego et vos erimus ad eandem mensam sm equiualentiam sic dictam. i. ad eundem cibum et potum. De quibus ipse etiam dicit Jo. 6. caro mea vere est cibus: et sanguis meus vere est potus etc. Quod sane est intelligendum: non sic quod caro sua edatur vt cibus ore sumptus et masticatus: vel quod sanguis eius bibatur vt potus de vase haustus: sed solum sic quod per carnem suam et sanguinem suum: reficiatur noster et suus gustus: tamquam ab ipsis per solam spiritualem et intentionalem suauissimam et delectabilissimam immutationē: miro modo recreatus. Quod potest fieri: vel ore: vel lingua corpus christi in aliqua sui parte tangendo: vel etiam non tangendo: sed virtute diuina. Sicut. n. ex dictis iam patet: talis spiritualis immutatio a saporibus potest fieri non impediente locali distantia: virtute diuina ad hoc coagente ¶ Posset etiam gustus in obiectis huiusmodi et ipsorum saporibus: per species aliunde influxas vt iam patuit delectari: et miro modo recreari. ¶ Sed contra hoc posset aliquis ita dicere. Si ita est de cantu: odore: et sapore christi: quod mixtio requiratur vt est dictum: videtur quod obiecta auditus odoratus et gustus: ratione dicte delicatissime mixtionis: erunt excellentiora quam obiectum in quo visus essentialiter premiabitur. patet consequentia. Quia istud obiectū visus est magis simplex. Sed consequens est falsum. quia inter omnes sensus habet visus maiorem similitudinem ad intellectum: et per consequens est nobilior. et obiectum eius debet alia excedere. Igitur etc. ¶ Ad hoc dicitur: quod non obstante quacumque mixtione: semper lux est nobilior: quia est qualitas propria celestis corporis: et inter qualitates corpora-

les nobilioꝛ eſt vt dicit bea. Tho.
quando agit de dotibus in quar
to di.49.q.4.ar.5.q.3.ad.3m.vn
de ſicut in hac vita excedit omneſ
alias qualitates ſenſibiles.ſ. odo
res:ſonos: ⁊ ſapoꝛes ſimplices ⁊
mixtos:ita ⁊ in patria.naꝫ omnia
ibi melioꝛantur. Sequitur ꝙ ⁊ ip
ſa vt ſupꝛa loco ſuo declaratum ē
Et ſic ſemper alia excedit : ſiue h̄
ſiue ibi. ¶ Poteſt ēt ⁊ aliter que eſt
ſimplex qualitas:quando hoc eēt
non tamen ex hoc excederent ob-
iectum viſus. Nam ſimplex lux
non eſt obiectum viſus: ſed lux ſi
mul ⁊ coloꝛ optimus : ⁊ maxime
facialis:ſed tota amabilis effigi-
es:⁊ decoꝛ chꝛiſti:eſt obiectum to
tales eſſentialis beatitudinis ipſi
us viſus beatoꝛum. Et hoc obie
ctum excellentius ⁊ delectabilius
omnibus alijs obiectis alioꝛum
ſenſuum:clarum erit: ⁊ dictuꝫ in
conueniens euacuabitur. ¶ De
hijs que conferunt ad magnitu-
dinem delectationis ſecundum
ſenſum guſtus.

Quinta concluſio ſit iſta:
Reſtitutio como
di:⁊ ſaporum melioꝛatio:multuꝫ
conferent ad magnitudinem dele
ctationis:que erit ſm ſenſibilem
guſtum.in beatiſ. ¶ De pꝛimo di
cendum eſt pariſoꝛmiter eis que
dicta ſunt in tractando de alijs ſē
ſibus.ſ.viſu:auditu:⁊ odoꝛatu.ſ.
ꝙ in patria reſtituetur comoduꝫ
naturale:quod homo naturaliter
habuiſſet in ſtatu innocentie: i iu
dicando de ſapoꝛibus : ſeu como
dum de lumine lune : quantum
nunc habet de lumine ſolis:ita ēt
tunc habuiſſet tantum beneficiū
ſeu comodum de guſtando poꝛū
vel pomum:vel etiam ſoꝛte aquā
que de ſe eſt inſipida:quantū nūc
habet deguſtando merum dulciſ
ſimum tirum vel maluaticū : vel
huiuſmodi:vel etiam ſoꝛte plus:
quam in ſapoꝛe cibi nobiliſſimi
facti de zucharo ⁊ ſpeciebus nobi
liſſimis:⁊ huiuſmodi. Sed hoc
comodum:licet non in re eiuſdeꝫ
ſpeciei:tamen ſaltem in ſapoꝛe al
terius ſubiecti ſeu equipollenti re
ſtituitur in reſurrectione. Nec in
hoc erit ſtatus:qꝛ ſtatus glorie in
omnibus excellere debet ſtatum i
nocentie:vt ſepius dictum eſt.
¶ De ſecundo quoqꝫ dicendum
eſt:ꝙ ſicut obiecta viſus ⁊ audit⁹
⁊ odoꝛatus melioꝛabuntur in pa
tria:ita ⁊ in oꝛdine ad ipſum gu-
ſtum. Nec eſt ratio quare non.
¶ Conferet autem multum ad de
lectationem ſm guſtum:illa ſapo
rum commixtio:qꝛ ſm magis de
bitam propoꝛtionem : q̄ꝫ hic in
quacunqꝫ confectione:erit ibi ſa-
poꝛ mixtus. Nam mixta ſunt me
lioꝛa in hijs inferioꝛibus q̄ꝫ ſim-
plicia:ſicut cantus mixtus multo
eſt dlectabilioꝛ q̄ꝫ ſimplex. ¶ Obij
citur autem contra hoc vltimo di
ctum. Naꝫ beatus Tho.in.1a.2e.
q.1.ar.7.infert hoc dicens:ꝙ illō
bonuꝫ opoꝛtet eſſe perfectiſſimū
⁊ completiſſimum : quod tanqꝫ

finem vltimum appetit homo habens affectum bene dispositum. Et premitrit ibi quandam similitudinem dicens. Omni gustui delectabile est dulce: sed quibusdam maxime est delectabilis dulcedo vini: quibusdam dulcedo mellis aut alicuius alterius. Illud tamē dulce oportet esse simpliciter magis delectabile: in quo magis delectatur qui habet optimum gustum. Ex quo videtur innuere sanctus Tho. q in simplici sapore dulci: stet summa ratio obiecti delectabilis s3 gustum. quod est expresse contra predicta. ¶ Ad istō dicitur dupliciter. Primo q non solum habens saporem simplicē sed etiam aliquem saporem nobilissime mixtum: habens vocatur τ est dulce: liceat non tenet extremum in dulcedine. Quo non obstante: potest esse simpliciter delectabilissimum gustabile: in quo hn̄s optimum gustum: magis delectatur: quēadmodum infra patebit: cum tractabimus de tactu. Nam ꝫm sanctum Tho. in q̄rto di. 44. q. 2. ar. 2. q. 6. ad. 3m. aliqō calidū: puta corp⁹ gloriosū qō nō tenet extremū gradū caliditatis: ymo i quo poti⁹ calor τ alie q̄litates elemētales sīt reducte ad medium proportionis: ꝫm quod optime competit complexioni humane: est delectabilissimum tangibile: in quo habens tactum optime dispositum: maxime delectatur. ¶ Secundo respondetur sic Dato q intentio sancti doctoris sit loqui de dulci simplici: ꝫm q simplicem saporem habet dulcedinis: τ non mixtum. tamen dicēdum q intendit: quod illud sic melius vel magis delectabile in quo: habens optimum gustum: potest maxime delectari: inter omnia dulcia: simplicem habentia saporem dulcedinis. Sed non intendit quod sit melius delectabile simpliciter inter omnia gustabilia: Ideo exemplificat in vino: τ melle. τ huiusmodi. Et sic patet quod dictum sancti Thome: non obstat: quin sapor mixtus sit delectabilior ceteris paribusq̄ sapor simplex. Et ideo sicut inter omnes res audibiles sole voces vel sunt per se τ propria obiecta auditus. ita etiam similiter inter res gustabiles τ odorabiles: solus sapor τ odor sunt per se τ propria obiecta gustus τ odoratus. secuntur ex premissis duo correlaria. ¶ Primum est: quod si predicti odor τ sapor mixti: similiter τ sonus mixtus in discantu: non ponerentur in patria. tunc dicti sensus. s. auditus: odoratus τ gust⁹ perfectiores essent in via vbi talia obiecta delectabilia habentur: τ beatiores quodammodo q̄ in patria. Sed consequens est inconueniēs. Et consequentia de se patet ¶ Secundo sequitur quod sensus isti non reficiantur in patria: sicut in via proportionabiliter tātum per cognitionem obiectorum

ſuorum: q̃tum viſus per cogni-
tionem ſuorum obiectorum refi-
citur vtrobiq̃ȝ etiam ſuppoſita eq̃
litate meriti: ſm viſum ⁊ iſtos ſen
ſus ſm quorum tamen actus: ali
quos ſepe contingit plus mereri
q̃ ſm viſum. Sed conſequens n̄
eſt ponendum: q: tolleretur pro-
portionabilitas que facit ad deco
rem vniuerſi. Sed conuenientia
patet: q: dicti ſenſus reficiuntur
in via per dicta obiecta: ratione ꝓ
portionate mixtionis multum de
lectabilia. Nec facile poteſt aliq̃d
fingi: per quod defectus eorum
in patria ſic recompenſantur: q̃d
reficiantur ibi ſicut in via tãtum
proportionabiliter: ſicut viſus re
ficitur vtrobiq̃ȝ. Ergo talia obie
cta mixta erunt in patria. ¶ Q̃d
autem tam odor q̃ ſapor mixtus
ſit in patria: ſm magis debitam
proportionem q̃ in via: poteſt ar
gui ex perfectione artificis: qui ꝓ
cipit Moyſi Exo.30. dicens. Su
me tibi aromata ſtacten ⁊ onica:
⁊ galbanum boni odoris: ⁊ thus
lucidiſſimum. Equalis ponderis
erunt omnia. Facieſq̃ȝ thymia-
ma compoſitum opere vnguenta
rij mixtum diligenter ⁊ purum ⁊
ſanctificatione digniſſimum. Cũ
que in tenuiſſimum puluerẽ vni
uerſa contuderis: pones ex eo co
ram tabernaculo teſtimonij i quo
loco apparebo tibi. Sanctum ſã
ctorum erit vobis thymiama. ta
lem compoſitionem non facietis
in vſus veſtros, q: ſanctum eſt do
mino. Homo quicunq̃ȝ fecerit ſi
mile vt odore illius perfruatur pe
ribit de populis ſuis. Et ſimiliter
de oleo ſanctificationis precepit:
quo in vngenda erant ſancta: pre
cipiens vt caro hominis non in-
ungeretur ex eo. ibidem paulo ſu
perius dicẽs. Sume tibi aroma
ta prime ſmirne ⁊ electe quingen
tos ſiclos. ⁊ cynamomi medium
.i. ducentos quinquaginta ſiclos
calami ſimiliter ducentos quin-
quaginta. caſſie quoq̃ȝ quingen-
tos ſiclos in pondere ſanctuarij
Oleum de oliuetis menſura hyn
Facieſq̃ȝ vnctionis oleum ſctũm
vnguentum compoſitum opere
vnguentarij. Et vngues ex eo ta-
bernaculum teſtimonij. ⁊ arcam
teſtamenti. menſamq̃ȝ cum vaſis
ſuis. candelabrum ⁊ vtenſilia eiuſ
altaria thymiamatis ⁊ holocau-
ſti. ⁊ vniuerſam ſuppellectilem q̃
ad cultum eorum pertinet. San
ctificabiſq̃ȝ omnia. ⁊ erunt ſãcta
ſanctorum. Qui tetigerit ea. ſan-
ctificabitur. Aaron ⁊ filios eius
vnges. Sanctificabiſq̃ȝ eos. vt ſa
cerdotio fungantur mihi. Filijs
quoq̃ȝ iſrael dices. hoc oleum vn
ctionis factum eſt mihi in genera
tiones veſtras. Caro hominis nõ
vngetur ex eo. Et iuxta compoſi
tionem eius non facietis aliud
q: ſanctificatum eſt. ⁊ ſanctum
erit vobis. Homo qui tale com-
poſuerit. ⁊ dederit ex eo alieno ex
terminabitur d̃ populo ſuo. ¶ Ex
hijs deducitur ratio. Cum enim

deus qui supernaturaliter operatur. eminentius alijs et perfectius faciat: patet quod in patria mirabilem mixturam faciet. que non potest reperiri in hac vita. Et hoc significat prohibitio facta in lege ¶ De hijs que conferunt excellenter ad magnitudinem delectationis secundum gustum.

Sexta conclusio sit ista. Augmentatio perfectionis in sensu. et gustabilium mira varietas conferent excellenter ad delectationis magnitudinem secundum gustum. ¶ Prima pars conclusionis apparet tripliciter. primo ex similitudine aliorum sensuum. Nam supposito hic sicut in alijs. quod sint ibi forme intensibiles et remissibiles nõ est dubitandum quod intrinseca perfectio sensus meliorabitur. sicut et omnia corpora in illa innouatione meliorabuntur propter hominem. et multo magis ipsum humanum corpus et omnes partes eius. ¶ Itẽ 2o erit purgatio lingue perfecta ab omni humore corrupto vel impediente iudiciuȝ gustus: quo sepe impeditur hic: vt cũ habet quis gustum infectum: vel linguam humore extraneo immutatam. ¶ Item tertio propter subtiliationem spirituum animaliuȝ quibus mediantibus sensationes fiunt vt dictuȝ est in alijs. Ex hijs igitur tribus insurgit vna dispositio optima in humano gustu talis ac tanta: vt incomparabiliter melius iudicet tunc de saporibus: q̃ vnq̃ potuerit in hoc mundo: licet fuerit gustus quantumcunq̃ perfectus: ita q̃ sicut non amplius lintes vincent hominem de visu: nec apri de auditu: nec vultures de odoratu: vt dictum est. ita nec symie de gustu. Ymo incomparabiliter si nunc est quis glorificat9 in celo in minori gradu quam sit christus et mater eius: ille excedit omnia hec animalia in sensibus omnibus. ¶ Secunda pars conclusionis dicit: q̃ ad magnitudinem delectationis in iudicando sapores secundum gustum sensitiuum: conferet in beatis: non solum de pluribus secundum speciem diuersis: vel etiam de pluribus numero successiue habere iudicium in statu futuro: q̃ in presenti: que duo accipienda sunt cõformiter alijs. sed etiam continget de pluribus simul saporibus in patria iudicare. q̃ in isto mundo. Quod autem hoc fiat: actib9 plura vel pauciora representantibus: hoc in proposito nihil refert Sed quod ita sit quod gustus beatus plures sapores: quam in isto mundo simul percipiat: sic declaratur. Nam in statu futuro non solum simul sunt in plenitudine sanctorum multo plura corpora boni saporis quam nũc in hoc mundo alicubi: simul sunt pña: sed etiã ad modũ ꝑfectionis nobilissime et delectabilissime

facte ex rebus diuersorum sapo-
rum secundum optimam propor
tionem compositis siue mixtis.
Uidebitur in statu illo quodlibet
corpus gloriosum quasi electua-
rium continens in se omnis sapo
ris suauitatem. Quod de nullo
vno obiecto gustus. nec de pluri-
bus etiam que ab vno gustu per
cipiuntur in isto mundo dici po-
test. Sed licet vnus sanctus per
gustum perfectius et magis intē
siue quam alter percipiat ibi talē
mixtum saporem corporis glorio
si et precipue corporis christi. Ta
men verisimile est. q̄ quilibet si-
mul et semel saporem illum perci
piat quantum ad omnes sapores
ex quibus videtur mixtus. quia
non est verisimile q̄ corpus sapo
rosum gustui presens plus mo-
ueat gustum secundum vnum sa
porem quam secundum alium.
Presertim deo cuilibet pro desi-
derio suo assistente. Et quando
hoc negaretur de alijs. de gustu
christi negari non debet et per cō
sequens nec de gustu matris eius
Et quia ipse dixit. Et ecce ego di
spono vobis sicut disposuit mihi
pater meus regnum ut edatis et
bibatis super mensam meam in
regno meo. Luc 22. videtur ratio
nabile quod hoc ipsum seruata si
bi principalitate. omnibus gra
datim communicet. Et sit gu-
stus in futuro statu saltē isto mō.
tales sapores simul percipiet per
fecti⁹ q̄ͣ i p̄senti. Qd̄ gustui btōꝝ

non est negandum: cum hoc au-
ditui: visui: olfatui: beatorum sit
concessum: ad hoc vt proportio-
nabilitas obseruetur. ¶ Sunt āt
et alia ad magnitudinem delecta
tionis in gustu cōferentia: de qui
bus facile patere pōt per dicta in
alijs sensibus. Nam quilibet bea
tus non minus percipiet deum p
gustum: q̄ͣ per visum: auditū: et
odoratum. lꝫ p accn̄s. Unde sicut
dictum est in illis: ita et in hoc di
cendum. s. q̄ in tanta perfectione
obiectorum ipsius gustus: nō so
lum credet deum ibi eē presentem
sed etiam gustando sentiet deum
ibi eē. cū mirabili recreatione itel
lectus et affectui. ¶ Erit āt differē
tia graduum in recreatione hac
ſm differentiam graduū in gustā
do diuina in hac vita. ¶ Pertinet
āt diuinoꝝ gustus ad donum sa
piētie: cuius oppositū ē viciū: qđ
vocatur stultitia. Dicit. n. Aplus
.1. Cor. 1. Quod stultum est dei:
sapientius est hominibus. q2 ad
Ro. 1. dicit q̄ huius mūdi sapiē-
tes dicentes se eē sapientes: stulti
facti sunt. Sapiētia igitur huius
mūdi stultitia est apud deum. Et
vocatur ab aplo Jacobo Jac. 3°.
sue canonice terrena: aialis dya-
bolica. Terrena quidem: inq̄ͣtum
facit sape terrenas diuitias. Aia
lis āt ꝑpter delectationes bestia-
les. Dyabolica vero propter hono
res et inflationes. Et isti oēs vo-
cantur stulti vt pꝫ ibi. Prouerb.
1. prosperitas stultorū perdet eos.

¶ Nota itaque quod licet secundum gradus caritatis: beatitudo distinguatur tamen precipua videtur pertinere premium hoc quod est delectari secundum gustum ad sapientiam secundum propriam quandam rationem. Nam sapientia dicitur quasi sapida scientia. Est autem scientia hec sapida quia iudicat de donis non solum secundum perfectum usum rationis: sicut potest iudicare etiam hic quilibet doctus theologus: sed etiam secundum quandam connaturalitatem. Quod facit caritas: ut dicit beatus Thomas. 2a 2e. q. 45. ar. 2. c. Unde sapientia secundum esse suum est in intellectu: sed causam habet in voluntate. Cui ergo divina plus sapiunt in hac vita: ille habet meliorem gustum in alia vita beatorum. Et cui minus sapiunt habet minorem. Qui autem stultus est. i. hebes: non gustat divina: sicut gustus infectus colera. unde dicitur. 1. Co. 5. Animalis homo non percipit que dei sunt. spiritualis autem iudicat omnia. s. bene et recte: sicut Dionisius dicit de Jerotheo: quod perfectus fuit in divinis: non solum discens: sed et patiens divina. Unde describitur sapientia que desursum est hoc modo. Jac. 3. Primo quidem pudica est: deinde pacifica: modesta: suadibilis: bonis consentiens: plena misericordia: et fructibus bonis: iudicans sine simulatione. Merito. n. dicitur pudica: quia stulticia est filia luxurie: secundum Gregorium: que est hebetudo mentis circa intelligentiam. Pacifica vero est: quia pax ei inter beatitudines correspondet per modum meriti: quia pacifici habet se et alios ad debitum finem producere: cum pax sit tranquillitas ordinis: secundum Augustinum. 19. de ci. dei. capi. 13. et etiam quantum ad premium quia pacifici: filij dei dicuntur Mat. 5. per similitudinem ad filium dei que fit per sapientiam: quia filius est sapientia patris. Modesta autem dicitur quia in omnibus exterioribus modum tenet. Suadibilis vero: quia acquiescit salutaribus monitis. Bonis vero consentiens: quia non eis repugnat: nec invidet. Plena autem misericordia in affectu. Et fructibus bonis in effectu. Et iudicans sine simulatione non secundum faciem. ut improperabat iudeis dominus Joan. 8. sive iudicet divina sive humana. Qui hanc ergo periti optant in hoc seculo: ad gustum pervenire possunt delectabilem in futuro. ¶ Restat nunc declarare unum dubium: quod licet iam fuerit tactum aliqualiter: tamen ad eius solutionem: hic aliquid est addendum. Dictum est enim supra quod tunc videretur istos tres sensus: melius esse beatificatos quam visum ratione mixture. Et fuit responsum dupliciter. s. quod simpliciter lux superat alias qualitates sensibiles: et quod si proportionabiliter augeretur: semper inveniretur excellere: ita quod visus etiam reficiet in varietate. quia non solum lux est obiectum visus: sed etiam colorum elegantia. ¶ Nunc vero addimus alia duo. s. quod solus visus multo plures differentias rerum nobis demon

strat: vt philosophus dicit in primo methaphi. q alij sensus. Et q multo plura sunt visibilia et meliorata in patria: q sint soli odores et sapores. Unde nō superabitur visus ab istis. Aliud est: q visus non pauciora simul videbit: q alij sensus percipiant. imo valde plura: lz non ita mixta in vno subiecto: sicut auditus: odoratus et gustus. Unde quod in vno perdit: in alio recuperat. Non est ergo ratio quare suauitas saporis i patria: non excedat omnem suauitatem presentem: gradatim tamē vt aliquis gustet quinquagegies aliquis centies: aliquis milies: s3 varias p meritis distributiones.

¶ Explicit tractat⁹ de gustu corporali in patria.

Incipit tractatus de tactu i pr̄ia.

Hodie aperiemus vltimā capsulam celestium thesaurorū quantū ad delectatiōe3 sensuum beatorum: in qua sunt et quedā localia: maximam delectationē pferētia tactui corporali beatorum in patria. De quibus. 6. cōclusiōes videbimus

¶ Quomodo tactus i patria habebit actum suum.

Prima Conclusio sit ista. Sensus tact⁹ quē admodū et ceteri sensus corporu3 beatorū: habebit in patria actum suū. Probat auctoritate Jo. 20. Ubi dominus yhs: Marie Magdalene volenti eum tangere dixit. Noli me tangere. Nōdum enim ascendi ad patrem meū. Quasi dicat. Quando ascendero: et electi mei ascenderint et tu cū eis: tūc licite tangi potero a beatis. v3 a te et ab alijs q mecum erunt. Cui expositioni: consonat excellēs ille postillator: Nicholaus de Lyra: q post ceteras expositiōes: addit istā. s. Maria iugiter feruens erat videre dominum. Unde et eum diligentissime quesierat: volebatq in oscula pedum ruere et eum nō dimittere. Sed dominus eam redarguit. ostēdens hic non eē locū fruitionis et tactus xpi: sed cū patre. Unde dicit. Noli me tangere. i. tangendo hic frui velle. Nondum es. n. vbi est locus fruitiōis ¶ Ex isto ergo glosa: si diligenter attendatur: soluitur vnum dubium qd silenter occurrebat ex ista prohibitione facta Marie Magdalene. q2. s. noluit xps ab ista sola tangi: et statī post: a duabus alijs marijs simul tangi se pmisit. Nā dicitur Mat. 28. Et ecce yhs occurrit illis dicens. Auete. Ille āt accesserūt et tenuerūt pedes eius et adorauerunt eum. ¶ Ad hoc dicitur: q causa est. q2 cum fecisset dominus iesus Mariā Magdalenam primā nūciatricem: vt vbi habundauit malicia: habundet et gratia. et ipsa fuit que prima vidit iesum: voluit q et ipsa prima intelligeret misterium hoc. s. ascensionis. quia non surrexerat vt exhiberet se fruendum in hac vita: sed

oportebat fideles in spe manere
visq; ad mortem ⁊ vltimam resur
rectionem: ⁊ sic tũc perfecta frui-
tio donaretur aiabus ⁊ corpori-
bus simul. Et q: hoc est magnuz
secretum: ⁊ a paucitate i multitu
dinem deducendum. iõ sicut alia
misteria non a principio publice
reuelata sunt. ita ⁊ istud. Multitu
dini ãt se tangendum pbuit: ne vi
deretur fantasma eẽ qd ab eis vi-
debatur. Et hoc misterium inuũt
verba iesu. Non enim dixit: noli
me tangere. q: indigna es: vel ali
quid tale: sed q: non intelligis in
quo statu modo suz: ⁊ credis me
posse vt' pri' i mortali corpore tan
gere. i. tangendo: hic me frui. Sz
non sic: sed scito q cum ascende-
ro: ⁊ tu ascenderis in celum: tunc
ad libitum me frueris: ⁊ tanges
vt voles. Et sic pz propositum.
Ratione ãt idem probatur. Pri
mo in generali: sicut pbatum est
de aliis. p° quia d beatis sensibus
non dicetur sicut dicitur de ydo-
lis. Manus habent ⁊ non palpa-
bunt. Secũdo: q: iste sensus tact'
non habebit obprobrium: ⁊ deie-
ctionem: plus q aliis vt sibi soli di
catur. Ubi ẽ deus tuus? Tertio
q: totum hominem opz beatifica
ri in xpo. Unde si iste sensus defi
ceret: non esset totus homo bea-
tus. ¶ Sed in speciali aparet ma
gis q magis sit necessarium po
nere de isto sensu q de aliis maxi
me q de istis tribus. s. auditu.
odoratu et gustu. Nõ dico d visu.
q: tollerabilius eẽt beatos eẽ sur
dos ⁊ mutos ⁊ insipidos q cecos
Unde beatus Tho. i quarto. di.
44. q. 2. ar. 1. q. 4. in questione de
impassibilitate corporum glorio
sorum recitat: q quidam negaue
runt illos tres sensus in patria su
os actus habere. Sed visum et
tactuz solos cõcesserunt. Ex his
igitur ita arguitur 9m veritatem
vr. n. probatum est: illi tres sensus
habebunt actus suos. Igitur ⁊
tactus habebit per illaz maximaz
thopicam: si de quo minus vide-
tur in esse ⁊ inest: ergo de quo ma
gis. Dictũ est autem: q minus vi
detur de illis tribus. Igitur ⁊c.
¶ Secundo sic: Dicit. n. philoso
phus in secundo libro de anima:
q gustus est quidam tactus. Sz
gustus erit in patria. Ergo ⁊ ta-
ctus. Antecedens est patens: eti
am si Ari. non diceret: q: nil i sta
tu vie possumus gustare nisi ta-
ctu lingue. Ideo gustus sine ta-
ctu eẽ nõ potest. ¶ Tertio sic. Nã
beatus Tho. vbi supra ar. 3. dicit
sic. Aliquem sensum esse in cor-
poribus beatorum: omnes ponũt
Alias corporalis vita sanctorum
post resurrectionez assimilaretur
magis sompno q vigilie. Quod
non competit illi perfectioni. q: i
sompno corpus sensibile non est
in vltimo actu vite. Unde dicitur
q sompnus est vite dimidium.
Quod non solum intelligitur: vt
quidam dicunt: quia homo per-
dit medietatẽ tẽporis in sompno.

Hoc enim in quibusdam non est verum. Nam in colationibus patrum dicitur ꝙ tres hore sufficiunt viro spirituali. Sed si vna hora dormiret in anno: illa hora homo eēt semiuiuus: quia non haberet vltimum actum vite: qui cōsistit in exercitio sensuuz. Ex quo sequitur: ꝙ oportet corpus gloriosum eē in vltimo actu vite: quia saltem organum tactus dormitaret: sicut patet de pede: qui aliqn̄ fit imobilis ex aliqua oppressione ⁊ dicimus tunc ꝙ dormit. Ne ergo assimilentur dormientib⁹ beati: sed vigilantibus: qr sompnus est vmbra mortis: que non decet veram ⁊ eternam vitam. ideo sensus tactus habebit actum suum.

¶ Quarto sic. Si tactus actuz suum non habet: non potest aliquis sensus: nec ipse visus habere actū Dicit enim philosophus in tertio de anima: ꝙ visus: auditus: ⁊ olfatus: sentiūt sua oba tactu. i. aliquo modo tangendo. De gustu: diximus prius. Et est expressum per experientiam. qr extrema tangentium se sunt simul in gustu. puta caro pulli: ⁊ caro ligue. Alii vero tres sensus sentiunt sua oba sed de longe. i. per media extranea: Nam quia visus sentit solez oportet ꝙ species intētionalis solis: attingat visum organum. Et nisi sic fierēt quedam attingentia solis ad visum: visio fieri nō posset. Et sic etiaz sonus attingit auditum, ⁊ odor olfatum, Ex qbus satis innuitur: ꝙ si organa omnium sensuuz fiunt in actu ex eo ꝙ aliquo modo tanguntur manifeste dicere oportet: ꝙ si sensus tactus deficeret omnes sensus deficerent. ¶ Exempli autem gratia sit ꝙ nobis pro nūc beata Agnes virgo ⁊ martir que iter cetera notabilia dixit. Amo xp̄m cui⁹ mater virgo est cuius pater feminaz nescit. in cuius thalamum introiui. s. per spem. Unde sequitur. Quem cum amauero casta sum cum tetigero munda sum cū accepero virgo sum. Spem. n. resurrectionis habens. Et quid iesus Marie Magdalene dixerat recolens intelligebat per fidem se nō solum sm animam coniungēdā eē domino iesu. sed etiam corporali tactu fruituram eius humanitate in statu illo felicissimo beatorum. ¶ Sensus tactus immutatur in patria intentionali immutatione.

Secunda conclusio sit ista. Intētionali tantum ⁊ non materiali imutatione. fit in actu proprio sensus tactus in corporibus gloriosis. Probatur hec cōclusio auctoritate sancti Thome in quarto di. 44. q. 2. ar. 1. Item. q. 4. 1m. Ubi sic dicit ad litteram. In corporibus gloriosis a quibus impassibilitas excludit naturalem imutationem erit imutatio a qualitatibus tangibilibus spiritualis, si-

cut ꝛ in corpore Ade fuit qđ nec
ignis vrere nec gladius scindere
potuisset: ꝛ tamen hoꝝ sensuȝ ha
buisset. hec ille. In quibꝰ verbis
si diligenter notentur: habemus
tria simul. s. auctoritatē rōneȝ: ꝛ
exemplū. Auctoritas est ipsiꝰ pre
clari ꝛ sancti Doctoris: q in tota
ecclesia dei ē autenticus ꝛ appro-
batus. ¶ Rō vero est: cū dicit: ꝙ
impassibilitas excludit ab illis cō
poribus gloriosis naturalē imuta
tionē pp ipassibilitatis dotē quā
videlicet ibi ponere. ¶ Exempluȝ
aūt ponit̄ de Adā valde manife-
stū. Cuius dictis saluis manen-
tibus: oȝ ꝛ hoc adiungere. qđ ꝯsi
mile est ei qđ dictū ē de aliis sen
sibus i speciali ꝛ i generali: ꝙ pos
sibile est fieri tactū in patria: nō so
lum ꝑ imutationeȝ factā ab obie
cto approximato: sed ēt a quacūqȝ
finita distantia: ꝛ a quocunqȝ situ
ipsius obiecti. Nō obstāte ēt quo
cūqȝ interstitidio: seu interpositio
ne corporis cuiuscūqȝ inter orga
num tactus ꝛ obm eiꝰ. ¶ Et pter
hec tria mirabilia. pono q̄rtū qđ
excedit oia. s. ꝙ tactꝰ pōt hr̄e actū
suū sine oi imutatiōe quā obm ꝑ
se causat. ex quo ēt manifestius se
quitur distātiā sitū: ꝛ interpositi
onem cuiuscūqȝ corporis: opatio
nē tactus non ipedire. ¶ Sed vt
veritas dictoꝝ mirabiliū magis
elucescat: obiiciamus ꝫ Ari. do
ctrinam: q hȝ in. 5. physicoꝝ: ꝙ
tangētia sūt: quoꝝ extrema sūt sil'
Et idē dicit in ꝭo de aia: ꝙ tactus
non sentit sua obiecta ꝑ medium
extraneū: sed tactus ē in tangēdo
ipsa pp qđ ꝛ hȝ hoc nomen: vt di
cit in tertio de aia. ¶ Ad istā obie
ctionē rn̄detur: ꝙ ē duplex tactus
. s. mathematicus: ꝛ physicꝰ. Ma
thematicū tactū voco ꝯiunctōeȝ
extremoꝝ aliquoꝝ duoꝝ corpoꝝ
que vocātur ꝯtigua: sicut distin-
guit ibi phs in. 5. phy. inter ꝯtiua
ꝯtigua: ꝛ sita. Et de hoc tactu nō
est sermo nr̄. Tactus vero physi-
cus quē nūc tractamꝰ: ē cū immu
tatione sensus. Nā primus tactus
est inter q̄cūqȝ insensibilia. Sed
iste nō est nisi cū sensu. Et de isto
ergo loquēdo dico: ꝙ iste tactus
brōꝝ est tactus virtutis ꝛ nō mo
lis q sine medio fieri non pōt vel
proximo vel distante: qꝛ iste tactus
virtutis nō est in oibus sensibus
sed in qbusdā est ꝑ mediū ꝓrimū
vt in gustu: ꝛ ē in eo. qꝛ rōne eius
ꝓrimitatis: tactus ē dictus. Un
de in ꝭo đ aia ait Ari. videtur gu
stus ꝛ tactus sentire in tangēdo.
Et postea ibidē dicit: ꝙ alii sensus
sentiūt sua obiecta tactu: vt heri
etiam dictū fuit. ¶ Rō āt quare nō
pōt aliqs tactus sine medio fieri
cras dicet̄. Et de mediis quidem
alioꝝ sensuū dictū est. Mediū ve
ro tactus ē duplex. s. ꝯiunctū ꝛ ex
traneū. Cōiunctū ē caro: que nō
sentit vt organū. sed vt mediū. nā
organū est intra. iuxta cor: i quo
si poneretur obiectū tangibile: nō
sentiret. Caro aūt sentit per totuȝ
corpus vt patet, Et ista est senten

tia Aristotelis. in secundo de anima. Et preter hoc medium docet ipse ibidem. quod necesse est esse mediu3 extrinsecum. s. aqua vel aer q2 in quocu͂q3 horum fiat tactus: necesse e͂ intercipi substantiam eius. Unde ipse ibidem dicit: ꝙ oia sensibilia sentimus per mediu͂ extraneu͂. Sed in tangibilibus ꝛ gustabilibus latet. s. ꝓ paruitatem seu tenuitate͂ aque vl' aeris: inter nos ꝛ obiecta gustabilia vel tangibilia intercepta. Et ꝑ hec patet declaratio illius p2le auctoritatis dce͂ d. 5. phi. q2 o3 extre͂a ee͂ sil'. Et si diligeter dca͂ ꝯsidere͂t. patet etiam declaratio aliarum auctoritatu3 inductaru͂ in quibus excludere vr͂ Ari. mediu͂ extraneum. Na͂ declarat se: dicens: ꝙ latet. Et istud sufficit. ¶ Habemus itaq3 ꝙ no͂ est necesse: ꝙ obiecta te͂ga͂t organa i ꝯtactu physico vl' si volum⁹ e͂t correctius loq͂ i ꝯtactu aiali seu virtuali: ꝭm sesu͂. Na͂ ꝯtactus physicus posset vocari combustio. vel ꝯgelatio: vel aliud tale Jdeo possum⁹ tale͂ distinctione3 dare de quadruplici tactu. s. tact⁹ mathematici in quo extrema su͂t simul. physicus: in quo tangens alterat tactu͂. Aialis: qui fit ꝑ medium mere materie. Uirtualis q fit a sba incorporea: ¶ Ex istis accipe quattuor correlaria.

¶ Primum correlarium est: ꝙ sancti in patria: puta paulus: quantumcunque distet a petro: potest eum tangere per immutationem factam a paulo in ipso petro procedentem ꝑ medium extraneu͂. Et hoc est q2 causas secu͂das deus potest supplere etiam si nullu͂ esset mediu͂: sicut in ꝯuero celi empirij: i quo nullu͂ e͂ mediu͂.

¶ Secundum correlarium est: ꝙ duo corpora sanctorum possu͂t se etiam mediate tangere quo ad media intrinseca absque vllo modo extrinseco: quod non potest esse nisi celum: quod non est necesse mediare: quia sic frangibile esset. Et hoc est omnino per accidens. Hoc autem in via accidit propter frangibilitatem aque ꝛ aeris. ¶ Tertium correlarium est: quod corpora sanctorum possu͂t se tangere absq3 hoc ꝙ obiectum sit principium talis speciei tangibilis: quia alia est operatio obiecti vt obiectum est: ꝛ alia vt est principium. Et licet primum no͂ possit suppleri a deo: quia est formalis ratio sentiendi. secundum tamen potest suppleri. Et sic per species influxas potest fieri talis contactus. Et iste species sunt eiusdem speciei cum decisis ab obiecto: sicut Adam est eiusde͂ speciei cum Eua: ꝛ cum christo ꝛ Abel: licet singuli sint diuersimode in esse producti. ¶ Quartum correlarium est: quod in patria: etiam non entia poterunt tangi per species influxas. Nam si appeteret sanctus tangere molliciem florum: aut foliorum: aut bombicis: aut seri-

ei que fuerant in hoc seculo: poterit tangere per species influxas: sicut ⁊ de alijs sensibus suo modo dictum est. ¶ Quod sancti tāgēt carnem propriam organo tactus immediate coniunctam.

Tertia Conclusio sit ista Quilibet beatus percipiet sensu tactus etiam carnem propriam organo tactus immediate coniunctam. Ista cōclusio mirabilis est propter duo. primo quia dictuꝫ est: ꝙ sensibile positum supra sensum non sentitur. vt patet de anima. scḋo: q2 si tactꝰ cuiuslibet beati est in actu semper respectu vnius obiecti: videt non posse percipere alia. Sed nota ante omnia pro conclusionis intellectu ꝙ aliud est tangere: aliud est tactu sentire. Nam vt heri diximꝰ ⁊ mathematice ⁊ phisice aliqua corpora se tangunt absq̃ vllo sensu. Sed caro imediate coniuncta neruo tactus: certe tangit ⁊ tangitur mathematice. Sed dictum ẽ heri ꝙ tactus animalis excludit tactum mathematicum. Ideo volumus hodie hec duo mirabilia declarare. Quo ad primū igitur opꝫ considerare ꝙ non est mirabile aliquem sentire propriam carnem sensu. tactus per moduꝫ carnis aliene: vt si supponatur manus manui: aut alteri parti corporis: Sed ꝙ aliquis sentiat propriam carnem per modum proprie carnis. s. vt est tactui coniuncta: hoc videtur mirabile. quia tunc sensibile ponitur supra sensuꝫ. Sꝫ si intelligamus causas quare ſm cursum presentem. sensibile positum supra sensum. sentiri nō pōt: tunc videbimus ꝙ cessante causa cessat effectus: ⁊ cessabit cā scandalosa lꝫ nō cesset admiratio gaudiosa de diuinis mirabilibus.

¶ Huiꝰ rei assignat sanctꝰ Tho: tres rationes ⁊ causas in suo scripto super libruꝫ de anima. ¶ Prima ratio seu causa est. quia medium est magis susceptiuum ipressionis ab obiecto q̃ organuꝫ. q2 subtilius. q2 verbi gratia caro est minus cōpacta q̃ neruus. ⁊ aer q̃ oculus magis diaphanus et ꝙ minor dispositio requiritur ad recipiendum imitationem vniuocam puta intentionalem ab intentionali forma: q̃ a reali. Patet. q2 res in obscuro posita non potest videri ab oculo posito in lumine: sed bene econuerso: vt experiẽtia docet. Quia igitur in organo non est sufficiens abilitas ad suscipiendam imutationeꝫ a forma reali. Ideo requiritur medium. ¶ Secunda ratio est. quia species intẽtionalis sensibilis spiritualiori modo recipitur in organo q̃ in medio. Et ad tantam spiritualitatem non sufficit obm i quo ẽ forma lealis: sꝫ bene sufficit medium in quo est forma intentionalis que subtiliꝰ mouet. ¶ Tertia ratio oritur ex premissis quia inter actiuum ⁊ passiuum debet

esse proportio. Nam ab obiecto nimis remisso puta in calore vel frigore: odore vel sapore et in similibus non fit sensatio secundum naturam. Sed respectu imutationis in qua consistit formaliter ipsa sensatio: non est organum proportionatum passiuum nec obm proportionatum actiuum. quia non est natum facere imediate tam spiritualem immutationem sed bene cui est proportionatum medium et non organum. ¶ Sed nulla istarum rationum obstat proposito. Nam incipiamus a prima: et ab illa discantur oes alie quia parum ab inuicem distant. ¶ Quando igitur dicitur quod medium est magis susceptiuum impressionis ab obiecto: quam organum cōcedimus isto mō .s. quādo deus non vellet obiecto coagere et illi naturali forme per spiritualem vel spiritualem influentiam. Tamen est in organo bene habilitas ad suscipiendum talem et tam spirituales imutationes per potentiam obedientiales quando deus vult ei cogere. Nec dz hoc videri mirabile aut incredibile: quia si bene consideremus: ipse naturalis actus sensus: in qualibet sensu et in quolibet aiali est mirabilis quod .s. ex forma materiali procedit forma spiritualis et quod in re materiali: recipitur forma intentionalis. Cum igitur organum sit receptiuum suscipi eē. obz autem indigeat medio relictum sue nature quis dubitet quod si beatus velit deo sibi assistēte: qui sine causis mediis sanat egros: et mundat leprosos: quod poterit sentire carnem propriam coniunctam organo tactus et videre proprium oculum et osculari propria labia: et omnia similia: non obstante hoc principio quod sensibile positum supra sensum nō sentitur. Hoc. n. in cursu nature nunc tenet. Sed mutato cursu nature ab ipso nature auctore nō est necessarium. Quo ad 2^m. cuz dicitur sequitur quod videtur nō posse per hoc aliquid aliud sentire: si propriam carnem sentiret. Postea roboratur. Dicit enim philosophus in tertio de aia. quod intellectus ad hoc vt intelligat oia: necesse ē eum eē imixtum: aliter intrisecus apparens prohiberet extraneum et obscuraret eum ne extranea apparentia intrarent ad ipsum puta: si intellectus habet opinionem quod sol ē minor terra quādiu ista opinio manet in eo non potest habere oppositam. Sed intellect⁹ nō potest diuersas species intelligibiles habere simul. Ergo multo minus sensus diuersas species sensibiles. Et sic patet propositum. ¶ Ad hoc dicitur quod si respiciamus ad naturalem potentiam: verum est quod nec intellectus nec sensus potest pluribus simul actibus intelligendi: vel sentiendi informari: nec etiam oppositis nec quomodocunque diuersis realiter. Unde auctoritas philosophi intelligitur in statu vie: vt pz per

beatum Tho. in prima parte.q.
85.ar.4.Uerumtamen in patria
ſimul plura intelliget actu:ſm di
uinam eēntiam:⁊ etiam naturas
reruꝫ in verbo:⁊ cū hoc intelliget
etiam quācunqꝫ rem in ꝓpria ſpe
cie i ſpē ſibi influxa diuinitꝰ a deo.
Unde non oportet hunc ſtatū in
vno modo adducere cōtra illuꝫ i
argumentū.qꝛ qui fecit hūc mun
dum mirabilē:fecit illum ſtatum
patrie vtiqꝫ mirabiliorem. Unde
ſicut de omnibus alijs ſenſibꝰ di
ctum eſt:ſic ⁊ de iſto dicemus ꝙ
multa ſimul ſentire contingit: vt
vndiqꝫ dicamus illō ps.85.Ma
gnus es tu:⁊ faciēs mirabilia :tu
es deus ſolus.

¶De hijs qui non ipediēt opera
tionem ſenſus tactus.

Quarta Concluſio ſit iſta:
Qualitates tangibi
les:actu in medio vel i organo ta
ctus exiſtentes:non impedient in
beatis operationem que eſt ſm ta
ctum.¶Sed primaꝫ partem con
cluſionis difficilē reddit auctori-
tas Ari.in ſecundo de aīa: vbi di
cit.ꝙ coloris ſuſceptiuū eſt ſine co
lore:⁊ ſoni eſt abſonum. ¶Sed ſi
diligenter conſideretur:hoc ē fal
ſum.ſ.qd medium neceſſe ſit om
nino eē imune a qualitate eiuſdeꝫ
ſpēi realiter:vt recipiat ſimilitudi
nem intentionaliter:vt pꝫ p Egi
dium in ſecundo de anima . qui
dicit:ꝙ ſi duo corpora ſe inuicem
collidant:tunc in parte aeris mo
ta ab aere poſt colliſo :/fit ſonus
realiter:inqꝫtum mouetur ab ae
re prius moto realiter exiſtente:
mouetur intentionaliter.Simi-
liter caro calida ab obiecto frigi-
do.ſimul recipit frigiditatem ſm
eſſe reale:⁊ intentionem frigidita
tis ſine qua non ſentiretur obꝫ il
lud frigidum.Ergo a ſimili: in-
tentionalis imutatio a qualitate
obiecti tangibilis tanta poteſt re
cipi in ſubiecto habente eandem
qualitatem in ſpē ſm eē reale priꝰ
in ſe cantum ē . In medio viſus
pꝫ idem.ſ.qꝛ per criſtallum :/beril
lum:⁊ vitrum.pōt videri alia cri
ſtallus ⁊ berillus ⁊ vitrum.tanqꝫ
per medium ⁊ non ſine intentio-
nali imutatione facta a criſtallo.
berillo vel vitro viſo. que obiecta
videntur ratione coloris ſui . Et
nihilominus criſtallus berillus:
⁊ vitrum:qd habet ibi rationem
medij.ē eiuſdem nature coloris
realiter cum colore talis obiecti.
Veruꝫ eſt tamen qd mediū quod
debet imutari ſꝫ aliquā qualitatē
ſm curſum nature nō poteſt ha-
bere eandē qualitatē in ſpē vel eiꝰ
cōtrariū in excellenti gradu : ſed
remiſſo:vt ſic poſſit dici ꝙ ſit in
potentia ſm intentionē Ari. non
ſolum ad imutationē intentiona
lem:ſed ēt ad qualitatem illaꝫ ſm
gradum intēſiorem vel eius ꝯtra
riam qualitatē realē recipiendam
ſicut experientia docet.Naꝫ ſi qs
prius guſtet mel aut zucharum:
⁊ poſtea guſtet vinum dulce: non
ita dulce ſapit ſicut ſi priꝰ guſtaſ

ſet aliquid ponticū: vel ſtipticum
vt panem vel aliquid tale: vt febri
citantibus videtur oīa amara. Et
ſic etiam oſtendit Ari. differentiā
in tertio de anima: inter intellectū
ꝛ ſenſum: q: ſenſus non poteſt ſen
tire excellens ſenſibile: puta lucē
vel ſolem: vel aliquid tale. imo re
ditur inhabilis ad remiſſiora: vt
pꝫ quia lux magna īpedit ne ocu
lus videat poſtea viſibilia parua.
Intellectus āt nō redditur inha
bilis p excellens intelligibile: imo
perficitur. Et hec quidem dicta
ſunt ſm pñtem ſtatū: ſm ꝙ excel
lentia impediūt ſenſum. Unde ī
primo thopicoꝝ dicit Ari. ꝙ de-
lectationi que eſt ſꝫ intelligere nō
eſt triſticia contraria. ¶ Circa qđ
notanda ſunt tria. ¶ Primo ꝙ ra
tionibus poſſumus oſtendere: ꝙ
delectatio preſerti ꝯtemplatio nō
habet contrarium. Eſt āt duplex
ꝯſideratio circa cōtemplationem
.ſ. inquantū eſt cā delectationis: ꝛ
inquantum eſt obiectum: de quo eſt
delectatio. Primo mō non ꝯtra-
riatur contemplationi triſtitia: ni
ſi ſit de contrario obo: ſicut dele-
ctationi de calore: cōtrariatur tri
ſticia de frigore. Obo autem con
templationis nihil eſt contrariū
q: contrarioꝝ intentiones ſeu ſpe
cies non ſunt contrarie in intelle-
ctu. ymo vnum eſt cā acquirendi
alterum. Et ſic pꝫ ꝙ ꝯtemplatio
per ſe nō hꝫ ꝯtrariū. ¶ Scđo mō
ēt delectatio nō pt hēre ꝯrium. q:
tūc obꝫ eius qđ eſt contemplatio
haberet annexum aliqd triſtabile
Et hoc nō eſt. q: contēplatio eſt
operatio pfecta circa verū vel bo
num in cōi: cui nullum ꝑticulare
opponitur: ſed ei ſubditur. Dele-
ctatio vero corporea ē circa aliqđ
bonum ꝑticulare: cui pōt eē aliqd
ꝯtrariū: ſicut delectationi potus
ē annexa ſitis. ¶ Secūdo eſt no-
tandum ꝙ per accñs opponitur
triſtitia aliqua ꝯtēplationi duplr.
¶ Primo mō ex parte organi ſen
ſitiue partis: qđ leditur per excel-
lentiam ſenſibilem: vel per conti-
nuationem actus: vel per cōtrarie
tatem obi ad organum. Unde fit
odioſum: quod erat delectabile.
¶ Secundo modo ex parte apꝑ-
henſionis: q: mens humana vtiť
in contemplando viribus ſenſiti-
uis: quibus accidit laſſitudo. Sꝫ
neutro modo contrariatur triſti-
cia delectationi que eſt ſm ꝯtem
plata. Naꝫ triſticia de impedimē
to contemplatorum: non contra-
riatur delectationi contemplatio-
nis: ſed hꝫ affinitatem cuꝫ ea. Tri
ſticia vero de laſſitudine corpora
li: ſed ad idem genus refertur: ſꝫ
diſpata ē. Et ſic pꝫ ꝙ lꝫ ſit ānexa
delectatiōi: nō tñ ē ei ꝯria. ¶ Ter
tio ē notandū: ꝙ ſpēs triſtitie ſm
Damaſcenum: ſunt .4. ſ. accidia:
anxietas: ruina: ꝛ iuidia. Que ſic
accipiuntur per modum appli-
cationis. Nam in triſticia eſt ma
lum: et fuga eius. Ex parte
igitur mali: cum quis reputat
alienum bonum: ſuum malum

tunc est inuidia. Cum vero quis
reputat alienum malum suum bo
num: tunc est ruina. Ex parte au
tem fuge: cum quis non potest
fugere malum anxiatur. Cunqȝ
non potest anxietatem ostendere
tūc accidiatur. Et hec passio tol
lit aliquando vocem et motū mē
brorum vt patet in morientibus
dum anxiantur et tristantur: qui
perdunt aliquando linguam ex
tristicia seu loquelam: per triduū
ante mortem. Sed contemplatio
ni nihil horum contrariatur: quia
omnia ista cum delectatione in
telliguntur. et passiones huiusmo
di non attingunt intellectum: sed
bene possunt inclinare voluntatē
et inde nascuntur peccata morta
lia. Et hec quidem dicta sint ẜm
presentem statum. s. ꝙ excellentie
impediunt sensum. ¶ In patria
autem non est sic. Sed sicut ma
gna lux quam recipit vnum corpꝰ
gloriosum ab alio glorioso ẜm eē
reale: non impedit susceptionem
intentionalem: ita a simili cor
pus gloriosum habens quali
tates tangibiles reductas ad me
dium proportiōis poterit ab alio
corpore immutari intentionaliter
ẜm easdem qualitates: et si essent
excedentes ẜm se: qꝛ forme que se
patiuntur in eodem subiecto: in
gradu remisso. ẜm naturam. nō
inconueniens ẜm dei potentiam. vt
se compatiantur in gradu inten
so: qꝛ inter se non aduersantur.
Apud deum. n. nihil est impossi
bile. nisi quod contradictionem
implicat. Et sic patet propositū
de prima parte conclusionis.
¶ Secundam etiam partem. s.
organo: similiter declaramus. vi
delicet quod organum etiam ha
bet qualitates remissas naturali
ter. et est receptiuum qualitatum
similium intentionaliter que exce
dant esse reale qualitatum in or
gano. Et hoc ẜm naturam secun
dum quam qualitates in organo
sunt adhuc magis reducte ad me
dium ꝙ̄ in aliis partibus. Et si
obiectum in patria qualitates in
aliis partibus retinent quandam
excellentiam respectu organi: per
quam si non esset impassibilitas
posset immutari organum ab eis
etiam realiter. Unde sensus tactꝰ
corporis beati: sentit calorem alte
rius qui magis est intensus ꝙ̄ in
ipso suo organo. Et forte etiā sen
tit remissionem per modum pri
uatiui equalis vel magis intensi.
Nam priuatio obiecti videtur eo
dem sensu percipi quo obiectum
vt patet ẜo de anima. Nam vox et
silentium percipiuntur auditu.
Lux et tenebra: visu. Non dico ta
men quod tenebra videatur. sed
visu percipitur. Non. n. est idem
visu sentire et videre. Sȝ vnde ista
distinctio proueniat: dimittatur ꝓ
nunc. Tantum pro nunc istō ha
beatur. ꝙ paruus valde excessus
sufficit in patria propter duo.
¶ Primo qꝛ quanto sensus est ꝑ
fectior. tāto ex minori immutatio

ne est pceptiuus. Et qꝛ in patria hꝫ dotem subtilitatis.pꝫ ꝙ ad minimas differētias tangibilium se extendit. Et vt Aug. ad Dyoscoꝛ dicit. Sēsus corporei in suis opationibus pficientur in patria. Et hec est vna causa. ¶ Scdo.qꝛ ēt si non meliorarentur ſm se qualitates tangibiles in resurrectōe.necesse tñ est ꝙ meliorentur in oꝛdine ad sensum tactus. Vñ se habebunt ad medium ⁊ ad oꝛganum tactus. sicut se habent qualitates excellentes. que sunt sufficientes mouere ⁊ delectare. Sed quia dictum est ꝙ oꝛganum ē magis ad medium reductum ꝙ alie partes sō nota. ꝙ licet Ari. in de sensu ⁊ sensato dicat: ꝙ est coꝛ calidissimū tñ scito ꝙ supponitur de directo cerebꝛo quod est frigidissimum. ⁊ vltra hoc oꝛgano tactus. ⁊ idem dico de oꝛgano gustus: miscetur etiam terre frigiditas ergo terre ⁊ cerebꝛi: tēperant caliditatem coꝛdis in oꝛgano. Qđ temperamentum in resurrectione reseruatur ⁊ pseruatur simpliciter in pṗia cogente illo cuiꝰ virtute in aqͣ valida terra apparuit arida: ⁊ in mari rubꝛo via sine impedimēto: filiis israel: vt dicitur Sap.19. ipse facit etiam ꝙ sine impedimento: sensus tactus habebit actum suum ibi. ¶ De gratissimo obiecto sensus tactus quod ē coꝛpus xp̄i.

quinta conclusio sit ista. Dñs iesus hꝫ coꝛpus: est gratissimum tāgibile iter omnia tangibilia: q̄ vn ꝙ fuerunt sunt: aut erūt in toto vniuerso. pꝛobatur ista pclusio. ¶ Pꝛimo auctoꝛitate sacre scripture Sap.12. O ꝙ bonus ⁊ suauis est spūs tuus in nobis domine. Et hūc spiritum dominꝰ iesus plenissime habuit. ⁊ sup omnes. Ergo in eo est super omnes suauitas carnis: ⁊ sup omne delectabilis. qꝛ sicut a maioꝛi gloꝛia anime: maioꝛ glīa redundat in coꝛpus xp̄i. ꝙ in alia coꝛpoꝛa gloꝛiosa: ita etiam maioꝛi suauitate anime: maioꝛ suauitas redundat in coꝛpus xp̄i. ꝙ in alia coꝛpoꝛa gloꝛiosa. Non.n.plus attinet gloꝛia coꝛpis. glorie anime. ꝙ suauitas coꝛpoꝛis suauitati anime. q̄ suauitas aliud est a gloꝛia. Qꝛ sicut a gloꝛia anime redūdat claritas seu glīa in coꝛpꝰ. ⁊ a maioꝛi maioꝛ: ita ⁊ a suauitate anime que est suauitas spūs: effectiue redundat in coꝛpus suauitas q̄dam tactui delectabilis. Et a maioꝛi suauitate anime: maioꝛ etiam erit suauitas coꝛpoꝛis. ¶ Patet etiam hec pclusio rōne duplici. ¶ Pꝛimo ratio est. Nam si non esset coꝛpus xp̄i simplr̄ potissimum gratissimum. ⁊ delectabilissimum obm ipsiꝰ tactus: seq̄retur ꝙ nō solum nr̄: sed etiam suus tactus. nō in ipso: sed i alio: eq̄ vel magis btificaretur. Sed istud ē falsum: cum sic pꝛobatum supꝛa: ꝙ xp̄s secunduꝫ coꝛpꝰ ē essentiale obm btitudis omnium sensuum. Et cum obm ex rōne gn̄ali: qđ ē btificum, debeat

esse nobilissimum inter omnia. sequitur ergo solum corpus christi ē gratissimū ⁊ delectabilissimum tangibile. ¶ Secūda rō est. Nam nullius rei tactus ē ita suauis homini: sicut tactus humani corporis rōne sue bone complexionis. Et ipsa bona cōplexio eius ita reparabitur in gloria: sicut ⁊ alia naturalia per peccatum primi hoīs deprauata. Nec solum meritū est reparabilis: sȝ ēt vltra illud quod fuisset in statu inocentie: complexio humani corporis perficietur ita ꝙ propter hoc tactus gloriosoruȝ corpoꝝ erit delectabilissimus Sed xp̄s indubitanter melius oībus est proportionatus in corpore ⁊ melius cōplexionatus. Ergo est tactus suauissimi ⁊ gratissimi ⁊ per cōsequens delectabilissimi.
¶ Sȝ gratia exempli assumam illud signum: qđ inducit Aristo. in secūdo de aīa: dicēs. Molles carne: aptos mēte dicimus: ⁊ duros carne: ineptos mente. Sed quis aptior mente ꝙ̄ xp̄s? Ymo ipse super oēs est aptissimus. Et cuȝ nō minor sit proportio inter carnem ⁊ mentem in patria: ꝙ̄ in via: sequitur ꝙ si in via est ista correspondētia. s. ꝙ qui habet aptiorem mentem: habet molliorem carnem. sequitur ꝙ benedicta caro xp̄i: erit secundū hāc analogiā ī statu glorie lenissima: suauissima: gratissima: ⁊ delicatissima ad tāgenduȝ.
¶ Sed contra predicta: obijci potest de corpore muliebri: qđ videtur mollius corpore viril'. ¶ Ad hoc dicitur: ꝙ hoc nō obsistit ꝑꝑ duo. ¶ Primo ꝗ lȝ mulierum corpora sint min⁹ solida ⁊ magis humida. per quod apparent magis delicata ꝙ̄ corpora virorū. tamen non sequitur realiter ⁊ ſm verum iudicium vſe artis phisonomie: ꝙ sint magis delicata ꝙ̄ corpora viroꝝ. vt pȝ. ¶ Secūdo: ꝗ dato ēt ꝙ fortasse vt in pluribus corpora mulierum sint magis delicata ꝙ̄ corpora virorum. ⁊ maxime ex accidenti. eo ꝙ mulieres se colunt ⁊ se a lesiuis cauēt ⁊ custodiunt corpora ⁊ delicate magis nutriuntur ꝙ̄ viri qui laboribus caloribꝰ frigoribus sudoribus ⁊ alijs rebus lesiuis rugas ⁊ asperitateȝ maculas ⁊ deformitateȝ corporibus suis inducētibus: magis se exponūt ꝙ̄ mulieres ⁊ sepe ēt grosioribus vtuntur cibarijs. Et breuiter ī oībus minus ꝙ̄ mulieres viri se colunt: iuxta illud poeticū. Fine coli modico forma virilis amat: tñ nō vniuersaliter sunt corpora mulierum magis delicata ꝙ̄ viroruȝ maxime semotis dictis accidentibus. Unde videtur qđ corp⁹ xp̄i ēt in via: si non fuissent alia accidētia. fuisset magis delicatum: ⁊ tactui magis suaue pre oībus corporibus virorum ⁊ mulierum sicut erat speciosus forma pre filijs ⁊ filiabus hominum. ¶ Et de hoc pt talis rō formari. Sigs eniȝ posset se ipȝ facere: vtiqȝ faceret se pulchriorem ⁊ delicatiorem ꝙ̄ alium

quemcūq3. Sz de xp̄o deo ⁊ hoīe verum est q̄ ipse fecit nos ⁊ non ipsi nos: se ipsum āt ſm humanitatem fecit ipsemet: per suaz diuinam virtutem sine virili semine: sz mistico spiramine imediate suum corpus formante. Ergo fecit se i omnibus pfectissimum. Sed qcquid sit de benedicto corpore iesu in via: adhuc nihil obstat quin in patria sit in omni perfectiōe summum. Ibi.n. datur gloria ⁊ perfectio ſm meritum. Et q: meritū xp̄i excedit merita oīum sanctorū ⁊ sanctaruz simul: sequitur quod ipse habet corpus simpliciter perfectissimum: ⁊ ad tangenduz ⁊ p consequens ad fruendū suauissimum. Qd̄ fuit ꝓpositum nostrū.

¶ De excessu delectationis ſz sensum tactus in patria.

Sexta et vltima Cōclusio circa sensuz tactus beatorum: sit ista. Delectationes secundum tactuz patrie: excedūt oēs delectationes vie: ⁊ tamen nō erunt libidinose. Probat auctoritate August. in. 14. li. de ciui. dei capi. 21. sic dicentis. Absit vt credamus illos coniuges i paradiso coniunctos per hanc libidinez. de qua erubescendo eadē membra texerunt impleturos fuisse quod in sua benedictione deus dixit. Crescite ⁊ mltiplicamini ⁊ replete terram. Post peccatum quippe orta est hec libido. Cuius rōnem assignat sanctus Tho. in prima parte. q. 98. ar. 2. sic dicens. Deformitas imoderate concupiscentie in statu inocentie non fuisset: qn̄ inferiores vires rationi oīno subdebantur. Nec tn̄ fuisset minor delectatio ſm sensum. Fuisset eniz tāto maior q̄nto esset purior natura ⁊ corpus magis sensibile: si cōcupiscentiis non ita inordinate se exercuisset super huiusmodi delectatione: regulata. vz per rationē. ad quaz non pertinet qd̄ sit maior delectatio in sensu: sed vt vis inferior cōcupiscibilis nō imoderate inhereat. et dico moderate propter mēsuram rōnis. Sicut sobrius i cibo non minorē delectationē sentit q̄3 gulosus: sed minus ei9 vis concupiscibilis super huiusmodi delectatione requiescit. Et hoc sonant verba Augustini. qui a statu innocentie non excludit magnitudinem delectationis: sed ardorem libidinis: et inquietudinē animi. ¶ Ex hiis ergo ita arguitur. Si enim secundum premissa in statu innocentie magnitudo delectationis. etiam in visu coniugali: separari potuisset a morbo libidinis: sic quod actus coniugales non fuissent libidinosi: quāto magis in patria poterit eē magnitudo delectationis sensibilis: presertim secundum contactum aliorum membrorum: vt in osculis: et amplexibus: absq3 hoc q̄ sint libidinosi.

¶ De conferentibus ad magnitudinem delectationis secunduz tactum.

¶ Confert autem ad magnitudinem delectationis secundum tactum: que tamen posset esse septima Cõclusio ¶ Primo quidem reparatio seu restitutio cõmodi: quod homo in paradiso in statu innocentie habuisset si non peccasset. Nam sicut tunc tantum cõmodum habuisset de lumine lune: sicut nunc habet de lumine solis: ita tunc tantum cõmodum habuisset tangendo aliquod corpus rude: quantum nunc tangẽdo aliquod corpus delicatissimũ vt patet ex dictis in aliis sensibus. Ita etiam accidet hic: quod in tangendo nullum continget pati incõmodum in statu glorie: potius quam in statu innocentie in quo corpus Ade nec ignis vrere: nec gladius scindere potuisset. Et tamen horum sensum habuisset secundum sanctum Tho. in. 4. di. 44. et eodem modo spinas et tribulos et vrticas: seu eorum et similium asperitatem sensisset. non tamen ab eis lesus fuisset: per contrarium ei quod nunc fit in penam peccati primorum parentum. ¶ Secundo cõfert etiam supnaturalis melioratio obo rum tangibilium in ordine ad sensum tactus. Cuius meliorationis ratio tacta est in aliis sensibus supra. quia corpora sicut sunt per peccatum peiorata: ita debent per resurrectionem in gloriam. adeo restaurari et meliorari: quia et glorie cõditio meliorabitur. ¶ Consistit autem hec melioratio in duobus. ¶ Primo in amotione omnis asperitatis et duriciei a corpore glorioso. Erit enim corpus tersum et pollitum: ideo in nulla parte erit asperum aut rugosum. Ymo nec in aliqua parte totius durum. Et licet dictum sit quod non erit porosum: sed sicut vitrum sine poris: nõ propterea tamen est intelligendũ quod habeat duriciẽ vitri: sed erit bene solidũ: sicut corpus carneum debet esse: et tãto plus quanto in illo statu decet omnia meliorari. ¶ Secundo in reductiõe ad medium qualitatum tangibiliũ. De qua sanctus Tho. i. 4. di. 44. q. 2. ar. 2. q. 2. c. loquẽs de subtilitate dicit. Cõstat quod corpus gloriosum erit sensibile secundum tactũ: vt patet Luc. vltimo. Palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet sicut me videtis habere. Nec deerũt naturalia accidẽtia. scilicet caliditatis et frigiditatis reductis tamen in medium: quia excessus potius contristantis rationẽ habet quam delectantis. Ad mediũ autem dico non eque distantie. sed debite proportionis secundum quod optime competit humane cõplexioni. ¶ Modus autem huius excessus: quo talis delectatio excedit delectationẽ vie: potest sic considerari. scilicet quod proportionabiliter reficiatur in patria quilibet sanctorum per obiectorum suorum cognitionẽ maiori delectatione quam in via Non est enim maior ratio ceteris paribus quare in futuro statu supernaturalis suauitas corporis christi vel alterius corporis gloriosi: in quantum est obiectum tactus: nõ bene excedat omnẽ naturalem suauitatem

uisatem cuiuscunq3 humani vel al
terius corporis: q̄ qd̄ supernatu
ralis pulchritudo corporis glorio
si ēt excedat oēm naturalem pul-
chritudinem cuiuscūq3 humani
vel alterius corporis. Unde s3 no
stram grossam extimationem: su
pernaturalis suauitas alicui' cor
poris gloriosi: est quinquagesies
tanta: quanta nunc est naturalis
suauitas: alicuius āt cēcies tanta
alicuius vero millesies vel plus q̄
millesies tanta proportionabiliter
¶ Sunt āt alia quedā ad magni
tudinem delectationis in tangen
do cōferentia que iam patere pos
sunt ex prehabitis vt q3 nec distā
tia impediet: nec situs: nec intersti
cidium ⁊ huiusmōi. Et sicut di
ctum est in alijs sensibus ita ⁊ hic
est dicendum: qd̄ beatus qlib3 p
cipiens tantā suauitatem obo2u3
ipsius tactus. sicut dictum ē.: nō
solum credet deum sibi eē presen
tem. sed etiam tangendo l3 p acci
dens sentiet ibi deum eē cum mi
rabili refectione intellectus ⁊ affe
ctus. ¶ Et forte ad hunc sensum
tact' pertinere potest illud Cañ. 5.
Dilectus meus misit manum su
am per foramen. ⁊ venter me' cō-
tremuit ad tactū eius. Spiritua
liter autem glosatur. qd̄ per intel
lectum ⁊ affectum xp̄s sponsā3 tā
git vt excitet eam ad habendā3 cu
ram filiorum. Et meliora eius ad
mirantur: q2 ⁊ vires inferiores ex
citantur ad feruorem predicandi
cum iesus tangit. In patria vero
celesti: cum tangemur a christo:
vel cum tangemus etiam corpo-
raliter eum: quis dubitet qd̄ per
corpus sentiemus non solum ip-
sius sensus tactus extrinseci: sed
etiam intrinseci mirabilem refecti
onem ⁊ intellectus ⁊ affectus ple
nam in deum exultationem: iuxta
illud ps. 83. Cor meū ⁊ caro mea
exultauerunt in deum viuum.

FINIS.

Explicit libellus de sensibilibus
delicijs paradisi: respectu omniū
exteriorum sensuum corporis hu
mani in patria: extractus per Re
uerendum in xp̄o patrem domi-
num d. fratrem Bartolomeum
Rimbertinum de Florentia ordi
nis predicatorum: sacre Theolo
gie professorem: ⁊ dei miseratione
Episcopum Coronensem: necnō
diligēti cura correctus per. v. pa
trem fratrem Ambrosinum de
Alemania eiusdem ordinis.

¶ Incipit tractatus magistri hẽrici de firmaria sacri ordinis fratrum predicatorum. de quatuor instinctibus. s. diuino. angelico. diabolico ꝛ humão siue naturali.

Semen cecidit in terram bonam: ꝛ ortuz fecit fructuz centuplũ Luc. 8. Licet verbum propositum exponatur per christum de semine verbi dei. potest tamen conuenienter intelligi tam de semine influxus gratuiti; ꝙ etiam de semine instinctus interioris. Et iuxta vltimuz intellectum: verbum propositum tractare disposui: qꝛ hic sensus est ceteris vtilior rarior: ꝛ profundior propter quod raro bene dilucidatur nisi cum difficultate a doctoribus veritatis. Ad cuius euidentiam sciendum est ꝙ quadruplex ẽ motus interior siue quadruplex est instinctus.

¶ Primus dicitur diuinus.
¶ Secundus angelicus.
¶ Tertius dyabolicus.
¶ Quartus humanus vel nãlis.

Et hoꝝ differentiam non facile ẽ apprehendere: qꝛ frequenter angelus Sathane transfigurat se in angelum lucis. 2ᵉ. ad Cor. ii. Et multotiens creditur esse gratie. quod est nature. propter quod apparet: esse necessariuz cuilibet homini recte viuere cupienti: vt istorum instinctuum siue motũ differentiam cognoscat: vt declinet a via que sibi recta videtur: cuius tamen nouissimum ducit ad mortem. vt scribitur Prouer. i3. Causa vero ꝛ ratio quare sit difficile predictos instinctus discernere. ẽ similitudo ꝛ conformitas luminis nature: ꝛ luminis gratuiti. nã vtrunqꝫ lumen dictat homini: deum super oĩa diligendum. Ideo non est parum homini: vt aut istũ diuine dilectionis actum eliciat a lumine naturali: aut a lumĩe gratuito. Hec. n. ꝑm Aug. ꝛ alios doctores difficile est discernere: ꝑꝑ conuenientiam ꝛ similitudinem actuum predicatoꝝ. Propter qꝺ recte scribitur Eccl. 9. Nemo sit an amore vel odio dignus sit. hec est: an actus quem elicit: procedat a lumine gratuito: vel a lumine naturali. s. actus diligendi deum ꝛ sic de similibus.

Circa primum

igitur est sciendum: ꝙ instinctus diuinus proprie discerni potest q̃druplici signo. ¶ Primũ signuz est: si illud ad qꝺ instigaris: exemplis christi ꝛ sanctorum te magis conformat. Quod sic patet. Constat. n. ꝙ ex summo bono: non potest effluere nisi bonum. Cum igitur deus sit summe bonus: certũ est ꝙ per suum instinctum non inclinat hoiem: nisi ad illud quod

est sibi ennuenlens ⁊ optimuȝ: vt
probatur.1.2e.q.103.1.o. Itē he.
7.co.2.fi. Hoc āt est exemplis xp̄i
⁊ sanctoꝝ conformari. Igitur ⁊c̄.
Econtrario vero ille instinctus q
abducit hoiem ab exemplis xp̄i ⁊
sanctoꝝ: necessario est ꝯtrarius
instinctui diuino: iuxta illō Mat.
12. ⁊ Luc.xi. Qui non est mecum
ꝯtra me est ⁊c̄. Et ideo dicit sal-
uator. Jo.10. Ego sū hostiuȝ: qō
vȝ ingredientes per illud: ad verā
beatitudinem ꝑducit: q: exempla
virtuosa: nobis ꝑ christum osten
sa indubitanter hoiem ad veram
beatitudinem ꝑducunt. Et ideo
bene subdit. Per me si quis in-
troierit saluabitur. Qui aūt non
intrat per illud hostium: sed ascē
dit aliunde ille fur est ⁊ latro: vt
scribitur ibidem. ꝑ qō euidenter
innuitur: ꝙ ille instinctus qui ho
minem abducit ab exemplis chri
sti ⁊ sanctoꝝ: animam spiritualli-
ter necat: ⁊ ipsā eterna btitudine
priuat. Propt̄ qō signāter dicit il
lū instinctū esse furem ⁊ latroneȝ.

Secundum signuȝ est: si il
lud ad quod instigaris: te magis
in te ipso humiliet: ita ꝙ sequen-
do illum instinctū: ex hoc magis
in te ipso humilieris: ꝙ̄ faceres si
ne ipso. Hoc est.n. certum indiciū
ꝙ in te sit instinct⁹ diuinus ⁊ dei
ficus: ⁊ in verā beatitudinem di-
rectiuus. Quod ex hoc videri po
test. Naȝ sicut supbia fuit cā ⁊ oc
casio primo angelo: ⁊ ēt prio hoi
sui lapsus ⁊ damnationis: ita
e conuerso humilitas est via recta
homini: in veram beatitudinem
directiua. Propter quod signan
ter scribitur Mat. secundo Per
aliam viam reuersi sunt in re-
gionem suā. sup quo verbo dicit
glo. Gregorij: ꝙ sicut ab eterna
patria ꝑ supbiā cecidimus: ita ꝑ
aliam viā: humilitatis. vȝ redire
debemus: quā xp̄s tā verbo ꝙ̄ exē
plo ꝑ se ipsū nos docuit. ⁊ ondit
cū diceret Mat.11. Discite a me.
q: mitis sū ⁊ humilis corde. Ubi
est ꝯsiderandū: ꝙ signanter dicit
istas virtutes ab ipso esse discēdas
q: in ipso solo esse virtutes in ma
xima caritate pre ceteris effulxerūt
ꝑꝑ qō ipse solus est istaꝝ virtutū
singularis doctor ⁊ magister: q:
eas nos docuit tam verbo quam
exemplo. Ob hoc autem ad istas
duas virtutes nos singulariter
hortatur: quia per eas homo ad
diuinam vnionem specialiter di-
sponitur: ⁊ aditus regni celestis
per eas aperitur hostium. Quod
euidenter Bernardus de humili
tate innuit per hoc ꝙ ipsaȝ asserit
esse tante virtutis ⁊ dignitatis: ꝙ
per nullum alium ꝙ̄ per solum
deuȝ potuit edoceri. Quod ideo
dicit. quia per exempla sue humi
litatis: nobis certam ⁊ rectam vi
am ostendit eterne felicitatis. hoc
idem patet de mititate mansuetu
dinis. Nam sicut videm⁹ ꝙ rosa
ad presentiam dulcis roris ⁊ ad
feruorem solis se aperit ⁊ diffun

dit naturaliter et econtra a frigidi tate venti: vel turbinis presentia se claudit. ita cor humanum ex dul core mititatis et mansuetudinis di latatur et ad recipiendum diuinos influxus capacius redditur. Cu ius exemplum in veteri lege patu it in prophetis. qui quantumcunque essent dispositi ad recipiendum do num prophetie. psalten fecerunt adduci. et sic ex dulcedine sympho nie cor eorum in tantum dilataba tur: et sic gratiose disponebantur. quod statim accipiebant influxum do ni prophetie. Propter quod signan ter christus istas duas virtutes specialiter commemorat. quia sunt quasi due pedissequae. que animam deuotam diuinis amplexibus coa ptant. Quod sic patet. Nam miti tas vt visum est cor et mentem suo dulcore aperit. et ideo deo quasi li berum ingressum ad animam di sponit. Sed ipsa humilitas deo tam suauiter redolens ipsam ani mam quasi ad sponsi cubiculum introducit. et eam diuinis ample xibus coniungit.

Tertium signum est. Si illud ad quod instigaris: magis mentali ter te confortet. et cor tuum magis in te congreget. et adunet. Quod sic patet. Nam experimento proba mus. quod quanto homo magis in se ipso recolligitur et cordi suo vi cinior existit: tanto est potentior et cordi suo vicinior ad temptatio nes quaslibet repellendas. Con stat autem quod instinctus diuinus semper reuocat hominem ab ex terioribus tumultibus seculi. et ipsum inuitat ad simplicitatem et vnitatem et intimitatem cordis sui. Quod euidenter patet in bonis et veris religiosis. quorum facies consueuit esse simplex et serena atque sincera ad designandum eorum innocentiam. et internam mentis sinceram conscientiam. Unde Ber nardus auertere. Ipsorum oculi etiam sunt depressi. ad designan dum quod cor eorum sit elongatum ab affectione terrenorum. et quod mens eorum iugiter in solo deo delectatur gaudia insuper mun di sunt ipsis penalia et afflictiua ad ostendendum quod nullam conue nientiam cum mundo participet prout saluator dixit suis discipu lis. Jo. 15. Si de mundo fuissetis mundus vtique quod suum erat di ligeret. Quia vero de mundo non estis: sed ego elegi vos de mundo propterea odit vos mundus. Et tales sunt libenter solitarii. quia su am totam delectationem in solo deo posuerunt. Et ideo appetunt esse solitarii. ne tumultus exterior ipsis diuinam presentiam inter cludat. Et sic omnia ista euiden ter designant quod ideo diuinus in stinctus hominem ab exterioribus ad intima sui cordis reuocet: vt eum in se ipso reddat fortiorem et ad conseruandam diuinam pre sentiam ipsum facit aptiorem. Quod subtiliter videtur innuere

propheta ps. .cum dicit. Ac-
cedat homo ad cor altum: ⁊ exal-
tabitur deus. Cor. n. altum secun
dum Augustinum: dicitur cor se
cretum. Unde homo debet acce
dere ad tam secretum ⁊ intimum
locum sui cordis: vt ibi ab omni-
bus tumultibus ⁊ curis seculi ab
scondatur. Et tunc in ipso deus
exaltabitur per largos. s. influxus
diuine presentie ⁊ pietatis: ex qui
bus homo in tantam perfectionē
⁊ dulcedinem subuehitur: ꝙ effi
citur forma ⁊ speculum recte viuē
di omnibus ipsum comtemplan
tibus. Ysaia attestante qui dicit
Ysa. 61. Omnes homines qui vi
derint eos: cognoscent illos: hoc
est: eorum vitam exemplabunt: ⁊
mores eorum sanctos approba-
bunt: ⁊ dicent ei: quoniam hic est
semen cui benedixit dominus:

quartum signum est. Si illud ad
quod instigaris maiori virtutum
opulentia te reficiat: atque ditet.
Quod sic patet. Nam certum est
ꝙ sicut deus in se ipso est summū
bonum: ita semper mouet homi-
nem per suum instinctum ad illō
quod est optimum sibi. Propter
quod quicunq; pure ⁊ sincere in-
hereret diuinis instinctibus: ille
iugiter in suis actibus attingeret
illud quod est sibi optimū: ⁊ deo
magis gratum. Sed proh dolo
quidaz a deo sunt infirmi cordis
⁊ cum tanta diffidentia deo serui
unt: ꝙ parum de diuinis instin-
ctibus percipiunt. Et tunc a deo
per diuinam clementiam inuigi
lare oportet qualiter eorum cor-
da attingat: ⁊ in quibus velint se
qui diuinum instinctum: ⁊ in qui
bus non: sic ꝙ oportet eū sub spe
cie extranea suos instinctus istis
imittere sicut in somnio ⁊ in enig
mate: vt olym prophetis loqueba
tur sic ⁊ isti tam extranei ⁊ dubij
diuinos instinctus recipiunt: ꝙ
diuinas motiones quasi quoddā
somnium arbitrantur. Et hec est
causa vera ⁊ certa quare tam pau
ci sunt qui bene ⁊ distincte cogno
scant quando diuinos instinctus
recipiant. Quod exinde quidem
contingit: ꝙ multi sunt qui cum
tanta tepiditate ⁊ negligentia do
seruiunt: ⁊ tantū a corde suo sunt
elongati: ꝙ si cor eorum esset fo-
uea vel laqueus eterne damnatio
nis: se magis ab eo elongare non
possent. Et ideo non est miruz si
tales sic a corde suo iō sicut auer
si: ꝙ diuinos instinctus non per-
cipiant. qui solum in intimo cor
de sentiuntur. Sed illi solum di-
uinos instinctus percipiunt: q cu
stodiunt intima cordis sui. ⁊ qui
bene possunt dicere cum prophe
ta ps. .Audiam quid loquat̃ i
me dominus deus. Et q: diuinus
instinctus vt premissum est: ma-
gis reddit hominem in se ipso for
tiorem: ⁊ in virtutibus ⁊ gratijs
opulentiorem: ideo nulli debet vi
deri ꝙ pro tunc possit aliquid me
lius operari ꝙ̄ sit illud ad qō a deo

mouetur. q: ſemper diuinus inſtinctus inclinat hominem in illud quod eſt melius ⁊ perfectius vt viſum eſt in primo ſigno. Nec etiaȝ debet videri alicui: quod illa ad que deus mouet ⁊ inclinat: ſicut nimis fortia ardua: vel facultatem ſuarum virium excedentia ſed potius incunctanter debet ꝑ poſſe ſuarum virium de diuina pietate conſidere: ꝙ abſq̃ dubio hoc exequi poſſit ad quod a deo mouetur. Quod euidenter oſtendit Yſaias cum dicit. Yſ. 40. qui ſperant in domino: mutabunt fortitudinem. Aſſument pennas vt aquile. Current ⁊ non laborabũt. Volabunt ⁊ non deficient. quod bene ſenſerat apoſtolus cum dicebat. Oia poſſum in eo qui me cõfortat. Unde philoſophus in libro de bona fortuna. Hijs q agũtur diuino inſtinctu: non expedit conſiliari. Et ideo propheta tale robur diuine virtutis expertus dicit ps. 29. Domine in voluntate tua. i. per inſtinctum tue miſerationis ⁊ pietatis: preſtit iſti decori meo virtutem. videlicet decori. Quaſi diceret. Domine per virtutem ⁊ robur tuorum inſtinctuuȝ ⁊ motionum: perfecta ſunt in me opera iſta: que preſtant mihi virtutem intellectualis ⁊ virtualis decoris. Quam virtutem ⁊ decorem nobis preſtare dignetur deus benedictus Amen.

Secundus vero inſtinctus interior eſt angelicus. Qui attenditur in hoc ꝙ ſemper hominem excitat ad bonum deſideriuȝ ⁊ ad bonam voluntatem. Qui etiam poteſt diſtingui. 4. ſigno.

Primum ſignum eſt: Quia inſtinctus angelicus in principio mentem hominis deijcit ⁊ conturbat ſed ſemper in fine mentem eius erigit: ⁊ hominem conſolatum relinquit. Quod euidenter claruit in virgine glorioſa: que fuit in principio per ſalutationem angelicam conturbata: ſed in fine ipſã conſolabatur dicens. Luc. i. Ne timeas maria. Inueniſti enim gratiam apud dominum. ¶ Ex quo oritur rationalis dubitatio. Cuȝ enim angelus in ſua ſalutatione nuncium tante ſalutis attulerit: ⁊ per eam virginem glorioſam in tantum culmen ſingularis dignitatis prouexerit: ꝙ per hoc dicta ſit mater dei: videtur ꝙ magis d̃ ſalutatione ſua iocundari debuit q̃ turbari. ¶ Ad quod dicenduȝ ꝙ licet ſalutatio angelica beate virgini fuerit multum placida ⁊ iocunda propter rationem tactaȝ ſunt tamen ⁊ alie tres cauſe ꝓpter quas beata virgo fuit ab angelo perturbata. ¶ Prima eſt: q: expauit fulgorem tante claritatis angelice. Que tanta fuit ꝙ fragilitas aſpectus humani: eã ſufferre

non potuit. Nec mirum: cum etiam claritas illa angelica in die pasce in tantum custodes sepulchri exterruerit: quod facti sunt velut mortui ut patet Mat. 26. ¶ Secunda causa est: quia expauit magnitudinem diuine pietatis et dignitatis qua se videbat electam in matrem dei. Cuius tamen beneficii se sensit indignam. Quod patet per hoc: quod postquam effecta est mater dei. et etiam regina celi: se ipsam per humilitatem deiiciens: non dixit: ecce mater domini: sed ecce ancilla domini etc. ¶ Tertia causa est: quia expauit profunditatem diuini consilii: quod tam excellens filius dei mittebatur: quod sue diuinitatis celsitudinem in tantum voluit inclinare: et in tam paruulo virginis vtero: voluit: sciuit: et potuit: sue immensitatis magnitudinem coaptare.

Secundum

signum est: quod angelus bonus in principio se semper occultat sed in fine seipsum manifestat. Causa vero cur hoc faciat videtur esse ista. Nam ideo potest dici quod angelus bonus in principio se occultat: ne homo magnitudinem angelice claritatis expauescat. sed ideo in fine se manifestat: vt magnitudo diuine miserationis homini plenius elucescat. Quod bene claruit in Thobia cui angelus in principio sub specie cursoris et nuncii apparuit: et ei per viam seruile ministerium exhibuit. Sed in fine postquam angelum se esse et a deo missus Raphael reuelauit: tunc Thobias diuine miserationis opus agnouit: et in preconium diuine laudis prorupuit dicens. Benedicite deum celi: et coram omnibus viuentibus confitebimur illi quia fecit nobiscum misericordiam suam Thobie. 12.

Tertium

signum est et Quia instinctus angelicus semper mouet homines ad illa que sunt bona et vtilia in se ipsis: licet hoc quandoque homi in prima facie non appareat. propter quod quicunque vult exquirere an suus instinctus procedat ab angelo bono: debet illud ad quod instigatur in animo suo reuoluere et intueri ac si iam presentialiter factum esset. Et si tunc sibi conscia attestatur quod illud sit deo gratum: sibi ipsi proficuum et proximo vtile consolatorium. tunc erit verum indicium angelici instinctus. ¶ Sed hic oritur duplex questio. ¶ Prima est: quomodo possit dici quod illud semper sit bonum ad quod angelus bonus inducit et instigat: cum tamen precepit Abrahe gen. 22. vt filium suum ymolaret: quod per se videtur fuisse malum et illicitum tamquam contrarium inclinationi naturalis amoris. ¶ Secunda questio est. dato quod illa admonitio modo fieret alicui per angelum bonum. vtrum nunc homo obedire deberet: sicut abraham angelo obediuit. ¶ Ad primam questionem est dicendum: quod illud ad quod angelus bonus instigat. semper est bonum. aut in se ipso: aut quantum ad id quod per hoc angelus intendit. et quia per illud mandatum factum Abrahe: angelus intendebat probare. et demonstrare fidem. et

obediaz ipsius Abrahe: que nobis in exemplum proponēda erat: ideo fuit bonum: vt pbatur.1.q.2.2m. Et cum hoc ēt voluit pfigurare: q pater celestis p nobis filiuz suum voluerit ymolare. Quorum vtrunqz fuit bonū ꝛ vtile. Veruz qꝛ corporalez interfectionē ipsius Ysaac non intendebat angelus ideo eam fieri phibuit: postq Abrahā diuino pcepto in voluntate ymolando obediuit. ¶ Ad' scdaz questionē est dicendum: q illa que nō intendūt pp se: sed 'propter aliud significandū: illa solū locū habēt durante illa significatione q tunc intenditur. Qua cōpleta: illa res vlterius locuz non hz. vt pbatur. Et qꝛ xpi ymolatio nunc ē in rei veritate completa. que tūc erat futura: ideo talis admonitio p nūc locuz non habet: nec per ꝯsequēs ei eēt modo obtemperandum. Et ideo angelus bonus solū p nunc hoiem ad illa instigat: que pertinent ad eius perfectionē spiritualem consumandam: ꝛ ad eius felicitatez consequendā que oia cōstat eē bona in se ipsis.

Quartum signum angelici instinctus ē bone voluntatis excitatio. Excitatio āt volūtatis fit tripliciter fz tria genera hominum. Nā incipientes excitantur per peccati detestationē. Qd patet per hoc. q hō quandoqz per interiorez instinctū ad tantam peccati displicentiam perducitur: q pro illo tēpore nullo modo peccare libeat: ēt si hoc' impune: ꝛ salua diuina offensa facere posset. Et hoc signāter figuratur in angelo: Petrum in carcere excitante: ꝛ ipsum a vinculis absoluente: quibus constrictus fuerat. Act.12. Proficientes vero excitātur: per boni desiderij inflāmationem: ꝛ per interioris feruoris deuotionem. Qd sic patet. Contingit enim q hō quandoqz tantam ariditatez cordis incurrit: qd nullius boni exercitium sibi sapit. Et etiam in illa mentis ariditate tā diu perdurat: quousqz per interiorem instinctum diuine gratie dulcorem deuotionis recipiat: p quē reddatur sibi dulce ꝛ sapiduz. qd prius erat insipiduz. Et hoc aperte figuratur in angelo helyam a sompno excitante: ꝛ ipsum p feruorez boni desiderij inflāmāte. 3. Reg.19. Perfecti vero excitātur per interiorem diuine dulcedinis preguftationem. Quam bene senserat sapiens: cuz pre dulcore interne suauitatis exclamaret. Sap. 12. O q bonus ꝛ suauis est spiritus tuus in nobis domine. Et hoc similiter figuratur aperte in eodem angelo: ipsum helyam taz corporali q spirituali cibo adeo dulciter reficiente: qd in fortitudine cibi illius: ambulauit. 40. diebus ꝛ. 40. noctibus vsqz ad montem dei oreb. Oreb enim interpretatur mensa vel facietas. Et designat mistice qd mens quandoqz per dulcorem diuine gratie ꝛ dul

cedinis:in tantam ſacietatem de
ducitur: qđ ad nullum bonū crea
tum poſſit pro tunc delectabiliter
reclinari. Quod nobis ꝛc.

T Ertius inſtin-
ctus i
terio: dicitur Dyabo-
licus. Et quia diabo-
lus ex obſtinata malicia ſue volū
tatis:naturaliter aduerſatur hoī
vel oī bono humano. Ideo ſicut
inſtinctus diuinus ꝛ angelic⁹ ho
minem ſemper mouēt in bonum
ita ecōtrario inſtinctus dyaboli-
cus ſemꝑ inclinat hoīez ad malū
¶ Unde primo eſt oſtendendum
quomodo inſtinctus ſuus aduer
ſetur inſtinctui diuino: ¶ Secun
do qūo aduerſetur inſtinctui an-
gelico: ꝑ ꝑ ꝑm igitur eſt ſciendum
ꝙ ēt inſtinctus dyabolicus pt di-
ſtingui quadruplici ſigno.

Primum ſignuz eſt. ꝙ
illđ ad quod
dyabolus inſtigat: ſemper eſt con
trarium exemplis xp̄i ꝛ vite ſctōꝝ
Et ſi hoc qñq3 non videatur i ap
parentia: ſemꝑ tñ eſt ꝯtrarium in
rei veritate ꝛ in exiſtentia. Quod
ex hoc contingit. q2' dyabolus ex
obſtinata ſua voluntate in malo:
habet naturalem repugnantiam
quo ad omne bonū. Propter qđ
ſicut in chriſto ſunt tres ꝓprieta-
tes ſm quas ſalutem noſtram tri
pliciter queſiuit: ita ecōtrario tres
ſunt ꝓprietates dyabolici inſtin-
ctus: quibus noſtram ſalutē ipe-
dit tripliciter et exemplis xp̄i tri-
pliciter aduerſatur. ¶ Prima ꝓ-
prietas xp̄i eſt verbū veritatis Jo.
14. Ego ſum via: veritas: ꝛ vita.
¶ Secunda q2 ē cādor paterne cla
ritatis. Sap. 7. ¶ Tercia: quia eſt
fons ꝛ origo eterne felicitatis. Sz
ecōtrario in dyabolo ſunt tria cō
ſideranda ſm que per ſuas falſas
machinationes noſtrā ſalutez tri
pliciter impedit. ¶ Primum eſt
q2 ē mendax ꝛ pr̄ mendacij. vt ſcri
biturr Jo. 8. Mēdax ē ꝛ pater ei⁹.
Et idō per ſuum inſtinctū abducit
homines a diuina veritate. ¶ Se
cunduz ē: q2 eſt princeps tenebra
rum vt ſcribitur. ephe. 6. Et ideo
per ſuos inſtinctus: nobis nititur
obſcurare lumen diuine claritatiſ
¶ Tertium ē: q2 ē auctor mortis
ꝛ eterne dāpnationis vt ſcribitur:
Et ideo ꝑ ſuos inſtinctus nos co
natur abducere a fonte vite ꝛ di-
uie ſuauitatis: ꝛ eterne felicitatis.

Secundum ſignum
eſt: q2 il
lud ad qđ inſtigat dyabolus: ho-
minem eleuat in quandam animi
magnitudinem: ꝛ facit eum rigi
dum ꝛ preſumptuoſum in ſua ꝓ
pria voluntate. Cuius ratio ē quia
ſicut caſus ipſius dyaboli ſūpſit
originem ex eius propria excellen
tia: ita ꝛ ſuus inſtinctus homines
eleuat in quandam magnitudinē
proprie reputationis. Et per hoc
ipſum hominem firmat in rigo-
re proprie voluntatis: propter qđ
ſequens illum inſtinctum labitur
neceſſario in tres defectus culpa

biles. ¶ Primus ē. q2 illi q sunt rigidi in sensu pprio libenter cadūt cū aliis incōtētiones verbo2 ꝛ rixas: ex quibus pax cordis inquietatur: ꝛ amor ad primū deminuitur. ¶ Scōs ē. q2 isti dedignantur cū de suis defectibus arguūt nec equanimiter ferūt si ab aliis doctiorib9 instruātur. Qō ex hoc cōtingit: q2 ex magnitudie sue psumptiōis pferūt sensuʒ suum oibus aliis. Propter quod frequēter in istis obruit zelus ꝛ diligētia i' melius pficiēdi: ꝛ cautela ꝛ studiuʒ se a noxiis preseruandi.

¶ Tertius est quia isti homines indissolubillius ceteris: in suis defectibus constringuntur ꝛ minus psūt ab eis diuelli quam illi qui nō tantū proprio sensui initūtur. Qō ex hoc pʒ: q2 illi q tm̄ suo sensui innituntur: diuinis istinctibus maxie aduersatur. pp qō propheta ps. 108. de ꝯditione istoruʒ hoium loquēs: dicit: qō defectus culpabilis sit hoi obstinato i suo sensu. Fiat ei sicut vestimentum quo operitur: ꝛ sicut zona qua sp pcingitur. In quo euidēter manifestat: q isti fortius ꝛ indissolubilius sunt cōstricti cū suis defectibus q̄ ceteri hoies. Et ita indissolubiliter eis colligantur. Sicut zona colligatur homini qua semper precingitur.

¶ Ad euadēdū āt istos defectus optimū remediū est. q hō gerat cor humile: ꝛ animum mitem: ꝛ q extimet omnem hominem meliorem ꝛ doctiorem se. q2 sic a nullo egre feret se argui vel etiaʒ edoceri. qō sue saluti videri pficuum. Propter quod Thobias illō salutaꝛ documentum filio suo tradidit ita dicēs. Thob. 4. Superbia ꝛ psumptio nunquam in corde tuo dominetur.

¶ Unde notandum est: q homines proprie voluntatis cadūt specialiter pre aliis hominibus in triplicē defectū culpabilē. ¶ Primus est. q2 tales in suis actibus volūt esse singulares. nec aliquid eis placet nisi eo2 psonum sit voluntati. Et iō tales faciliter dedignantur cū p suis defectibus arguuntur. Nec vnquā libēter obediunt: nisi cū audire cōtigerit qō eis libuerit: vt dicit Bernardus. ¶ Secundus ē. q2 tales sunt obstinati ꝛ inflexibiles i suo sensu: nec possunt faciliter persuaderi ad ea que sue volūtati repugnāt. ¶ Tertius est: q2 tales sunt presumptuosi q2 ex magnitudine sue pertinacie in tantā presumūt q suuʒ sensum ꝛ suum ꝯceptū oibus aliis preferunt. Ideo ab aliis non faciliter instructionē recipiūt. Propter quod hoies isti fortius ceteris suis defectibus constringuntur: ꝛ ab eis difficili9 resipiscūt. $2^a 2^e$ q. 162. 4. p^m. Propter quod propheta de cōditione isto2 hominū loquens dicit q defectus isti culpabiles iam predicti adeo connaturales fiunt homini proprie voluntatis: ꝛ in suo sensu obstina

ti: qđ ei per quandam complacentiam voluntatis ita coaptatur sicut vestimentum quo operitur ⁊ corpori coaptatur.

Tertium signum ẽ. qa illud ad quod dyabolus instigat hominẽ a corde suo magis elongat hominem et reddit eum inualidũ in se ipso. Causa vero quare Dyabolus hominem a corde suo tantũ nititur elongare videtur eẽ triplex.

¶ Prima est. Ut ipsum hominem impotentiorem faciat in se ipso. Quod sic patet nam per hoc homo sibi ipsi et omnibus alijs poterit magis dñari: quãdo cordi suo ꝓpinquior existit. ¶ Secunda est: vt dyabolus ipsum in temptationẽ facilius deijciat. Qđ pz per hoc qđ homo qñqз p magnam tribulationem non deijcitur quando cordi suo bene dominatur qui tunc alias quandoque per verbum minimum ad impatientiam deducitur.

¶ Tertia est: vt per hoc homini Diuinam presentiam subtrahat ne eam agnoscat. Cum enim deus secundum Augustinuз sit vicinior cordi quam homo sibi ipsi constat quod quanto homo est cordi suo vicinior: tanto est deo propinquior et per consequens suam presentiam facilius et perspicatius agnoscit. Et ideo diabolus ex affectata malicia hominez in tantum a corde suo nititur elõgare vt ex hoc ei subtrahat gustũ ⁊ dulcedinem diuine presentie. Propter quod christus dixit petro. Luce. vigesimo secundo. Ecce Sathanas expetiuit vos. vt cribraret sicut triticum. hoc est deo nititur te ad modum graui circumuoluere ⁊ cribrare: vt te a corde tuo magis elonget ⁊ vt fias impatientior ad resistenduз suis machinationibus ⁊ etiaз vt possit te priuare diuine presentie dulcibus amplexibus.

quartum signum ẽ. qr illđ ad quod diabolus instigat hominem sibi consentientem facit pro virtutibꝰ ⁊ donis gratuitis magis eum extenuat. Quod ex hoc potest colligi. ¶ Nam illi qui volunt proficere in virtutibus naturaliter habent tria: quibus diabolicus instinctus aduersatur.

¶ Primum est: quod sicut probat vel docet probata experientia homo per motum gratie semper efficitur in se ipso humilior.

¶ Secundum est: quod gratia mentem hominis ad diuinum amorem ⁊ desiderium magis eleuat ⁊ accẽdit.

¶ Tertium est: quod gratia mentem hominis reficit quoddam interiori dulcore deuotionis. Et istis tribus instinctus diabolicus aduersatur.

¶ Nam primo suus instictus hominem eleuat ⁊ tumidũ reddit.

¶ Secundo ab amore diuino mentem hominis deprimit ⁊ auertit.

¶ Tertio oēm gustum interne deuotionis tollit ⁊ ipsum hoiem ad corporales delectationes inclinat ⁊ allicit. Quod ex hoc cognosci potest. Nam nullus ē tantis defectibus irretitus: qn cor suum quotiēscūq; percipit diuinum instinctum: interius delectetur. Ex quo colligitur: ꝙ nullus est adeo malꝰ qn mentaliter gaudeat. qñ diuine voluntatis beneplacitum adimplet. Et nullus ē adeo taꝫ bonus si aliquo actu quātumcūqꝫ hēat apparētiam boni sequatur instinctū dyabolicum: ꝙ cor suum valeat ex eo consolari: qn ymo potius ex hoc merorē mētis incurrit. Etsi hoc hō non perpendat. illud ex hoc puenit: ꝙ interiorem eius dispositionem diligenter sui cordis cuꝫ diligentia non aduertit: ꝓpter qđ inter oīa alia hoc videtur homini esse sūme vtile ⁊ necessarium: vt diligenter cor suum custodiat: et interiorē eius dispositionē diligēter aduertat. qꝛ ex hoc attingit hō securitatem bone vite: ⁊ puritateꝫ conscientie. Quod declarat apl's cum dicit. 2. Cor. 1. Nā gloria nostra hec ē: testimonium ꝯscientie nostre. Quasi diceret. Tunc pōt quilibet in corde suo merito gloriari: qñ consciētia interior sibi ꝑhibet testimoniū bone vite. Certū est āt ꝙ illud testimoniuꝫ nullus habere pōt nisi persistat in diligēti custodia cordis sui. Et ista quatuor sunt: quibus instinctus dyabolicus diuino istinctui aduersat.

Qualiter autem ⁊ qbus modis instinctus dyabolicus aduersetur instinctui angelico: nūc dicemus. propter quod sciēdum est. ꝙ hoc potest inquiri quadruplici signo.

